BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 C
30

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

426
1

Digitized by Google

Julius cas. Imbr. de Judices regni.

Digitized by Google

426

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE

COMPENDIOSA TRACTATIO

AD PRAGMATICAM VNICAM DE Eccleſiaſticis perſonis ad officia ſecularia non admittendis.

AVTHORE IVLIO CÆSARE IMBRIANO Campano Iuriſconſulto, in tres Dialogos intermedios collata.

ADIECTO PRAETEREA RERVM, ET ſententiarum Indice locupletiſſimo.



Colleg. Rom. Catal. Bibl. Can.
Soc. Jesu Inscript. Bellarm.

NEAPOLI,

Apud Io. Iacobum Carlinum, Typographum Curiæ Archiep.
M. DCII.

Dono authoris

Digitized by Google

1. 1. C 30



Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISS. VIRO DOMINO ROBERTO BELLARMINO

S. R. E. PRESB. CARDINALI AMPLISS.
Et Capuæ Archiepiſcopo Digniſſimo : S. P.

IVLIVS CAESAR IMBRIANVS I. V. D.

QVANTI ſit in populis Magiſtratus, aut cuiuſmodi is momenti prouinciam ſubeat, vel hoc vno potiſſimum, ſæpe ratus ſum poſſe demonſtrari, Card. Ampliſsime, quod cũ ad propagãdam mortalibus vitam neceſſariæ admodum leges extiterint, ac ad rationem inter eos mutuæ commutationis earundem vſus magnoperè pertinuerit, nequicquam intercidit, quo Superiori non ſit is loco præfigendus. Certum etenim illud perſpectum eſt, fruſtra Romanæ Reipublicæ priſcos illos Adminiſtratores, Prudentes cæteros, ac per ſucceſſiua tempora regnantes Principes in eorum ſanciendo, componendoq; ſtatu, humanis ita conditionibus exigentibus, quid lege ferendum foret, vel noctes traducentes in ſomnes diutius inuigilaſſe, niſi cunctis pro Regni iure, eis

Digitized by Google

parentibus Ciuitatibus, qui auguſtiſſimas illas, vti diuino impellente motu conſcriptas, & æternitate vallatas, ex voto, & publica cum auctoritate paſſim redderent, animata ſe iura monſtrantes, efferrerentur. Qui vti earundem miniſtri quietis panem, iuſtitiam inquàm indigentibus, à quibus abſunt vel pauciſſimi, aſſiduè tribuerent, pacatamq; ſubindè populorum communitatem in eorum commodum, & Regnantium Principum decus, ſummiq; ipſos inſtituentis Dei laudem per ſæcula propagarent, vt ſatis explicatè nunc, euulgato ad hoc Iuriſconſulti reſponſo ad populorum vitam, & rationem eos pertinere palam ſit. Non tamen ad eorum ordinationem temerè procedendum, eligentium Principum cum geſtis, tum legalibus dictis nobis inſinuatum eſt; idq; ipſum ex eo potiſſimum intelligere eſt, quod olim Romanorum Magiſtratus acceperimus modò maioribus Supremos, minoribus verò alios, captatis augurijs feliciter adminiſtraſſe delectos, quò ab eorum Dijs magis, quàm hominum iudicio decretos ſibi illos auſpicarentur. vt meritò nunc apud dominantes Principes, exoluendi operis ſpectata magnitudine, non niſi flagranti iuſtitiæ ſole, quò inſtituantur, veniant ijdem deligendi, quippe cum ex hoc ipſo ſol, ſoliq; ſupra cunctos effecti, Iuſtitiæ radios protendentes mundum compoſituri, atq; illuminaturi ſint, ne ſi qui tenebrarum ambitioſa obſcuritate compreſſi prodeât, miſerè tandem cum ſibi concreditis populis cadant. Vlterius probatiſſimum cùm ſit eorum affectatam adminiſtrationem, non vtique ad ſibi commiſſam populorum ſalutem eos protendere; Sed quò lucris potius inuigilantes, mollem

eorum

Digitized by Google

eorum vitam enutriant, honoribus concinnent, ac ſuperficiariam illorum ſpectatam molem perperam, & non ſine confuſione proſequantur. Quæ res, & ſi penè innumeris Pontificum, ac Principum ad eam relatis conſtitutionibus, tum Diuinis vel humanis patrum teſtimonijs planiſſima effecta ſit, vt ne quid nimis, cogitaui tamen quandoq; , dum excolendi animi gratia, aſpera declinarem, iam dictis accerſitis conſtitutionibus, ac patrum traditionibus repetitis, de eorum ordinatione ſummatim, & quàm breuiſſimè, qua libuit induſtria pertractare; quanti eorundem quiſque ſit, eſſeq; debeat, trina dimenſione conſcribendo; vt quoad eius profunditatem attinet, ipſius deſignandi in vaſta, & ſibi obiecta iuris prudentia perneceſſariam capacitatem proſequutus ſim; pro latitudine, probatæ conſcientiæ ſtatum perpenderim; pro altitudine, eiuſdem in iure dicendo, faciendoque iudicio, quod ad iuſtitiam protinus accedat, principalem fuerim metitus auctoritatem. In quibus, & ſi pro inſtituti ratione, iuſto occurrerit volumine contendendum, nequaquam tamen hunc meum ſucciſiuis horis extructum libellum, Prudentiſſima, atq; in cunctorum eruditionem euulgata Tui Doctrina damnabit, cum deprehendes illum ferè innumera, veluti in centonem, coacta fouere piacula; errantes propemodum iudicantium mentes ad legitimos regendi tramites, quæ reuocent, vacillantes, quæ dirigant, ac deniq; in rectis Juſtitiæ vijs perambulantes quæ perficiant magis, honoribus cumulent, ſemen ſtabiliant, ac Gloriæ tandem felicitatem præbeant. Quia tandem, Cardinalis Ampliſſime, receptui canendo

in tuo

in tuo feliciſsimo in hanc patriam ingreſſu non libuit ingenij debilitate, vel mediocriter tantum de tam vaſto tuarum laudum theſauro explicatè aliquid perſoluere: illud anxiè nimis, tum expectatione tui tanta, cum deindè tantorum tuorum operum admiratione capto, veluti ſuppletionis vice continuò ſufficiendum viſum extitit, vnde mei pergrandi fortuna, omnem mihi defenſionis modum partum iri certò ſcirem; nempè, vt hæ meæ tenues, ac nullius ſucci, incultæq; propemodum lucubrationes ſub tuo ſplendentiſsimo nomine exirent. Eueniet etenim vt inhærentis tibi animi mei paſsim apud omnes perpetui, illæ, teſtes cedant, & pro tua virtute liuore conſperſi homines, ſi qui tamen ſunt, non ſolum tantum in animo fixum amorem non euellere, ſed nec etiam in minimo obtenebrare præſumant. Illud ex hoc, cum ſecum mente tractare debeant, quod cum in tua dumtaxat paſtorali, ſed admiranda virtute, conuenerim, te benigniſsimè, vt ſoles, deferente, mea vnquam non intermittenda paruula licet, induſtria, quaſi per alluuionem magnum apud cunctos, & eos præcipuè, incrementum appariturum. Vale Neapoli.

Digitized by Google

AD LIBRVM DE IVDICE IVLII CAESARIS IMBRIANI, Campani Iuriſconſulti.

MARCI ANTONII LAVRI PHILOSOPHI. Octaſticon.

VADE Liber propera quamuis mordebere dictis
Continges rerum ne abdita, quæ ſuperis.
Imbrianus Cædro non ſolum digna locutus
Aſtreæ imperium, iudicis officium.
Pectore parta ſuo, quæſitaq; præmia liquit
Digna geris cœlo, & numen habere puta.
Ergo non Cædro ſat flauo; & pumice leuis,
Te niſi Maieſtas perpetuum fecerit.

Ad eundem.
Scipionis Donati S. Th. D. ad Lectorem
Carmen.

IVDICIS officium prudentis, Candida Lector,
Codice in hoc celebri, Iulius arte docet:
Cæſaris, ac Petri qui iuris fulgida lampas
Eſt quoq; Doctorum gloria, ſplendor, honos
Hos age theſauros conſerua mentis in arca,
Quos non tempus edax, nec tibi ſors adimet.

Ad eundem
Hieronymi Falui Noceri: I. V. D. Ad Lectorem
Carmen.

PROVIDA apis veluti prædans de floribus Hyblæ
Succum nectareos conſtruit arte fauos.
Iulius à iure eliciens ſic Doctor vtroq;
Has animi æternas dat tibi Lector opes.
Suſcipe, nam iuſti tractat de munere lector
Iudicis hic mira Bartolus arte nouus.

DOMINO OCTAVIO
MINVTVLO CAMPANO
PATRITIO OFFICIOSISSIMO,

AC CATHEDRALIS CAMPANAE
Item Eccleſiæ Theſaurario Digniſſimo, S. P. D.

Iulius Cæſar Imbrianus V. I. D. Minimus.

ECCE nunc Minutule Dilectiſſime, trinam illam ordinandorum Magiſtratuum, viua perantea voce enixam dimenſionem, omni qua fieri, præſtarique potuit induſtria ab Imbriano tuo in centonem, veluti coactam; quam ad Te vna cum reliquorum explicatione memor ipſe, pro Tui voto tranſmitto, vt ad animi delectum, legas omnia, ac tuo in his non contemnendo ingenio, emendatione augeas, comprobationeque, vbi conuenire intelliges, conſultus Illuſtres. Quibus peractis, qualiacunque ea ſint, ne pluribus, & perperam Tecum agam, quamprimum probari à te animaduertero; non erubeſcam, tot amicorum præuijs ſuaſionibus, compactam, vt cernis tractationem, licet exiguam, vel tuo ſaltem teſtimonio vallatam Typis demandare: non alio contentus, quam, vt eodem æquè erga me animo ſis, quo diu antea, de quo iurè quamuis diffidam neutiquè. Vale calendis Aprilis. 1595.

DO-

Digitized by Google

D. IVLIO CAESARI IMBRIANO V. I. D.

ABSOLVTISSIMO SALVTEM.

OCTAVIVS MINVTVLVS.

NVLLA neque ſanctior lex; Neque præclarius inſtitutum eſſe poteſt, quam illud, quod digna virtutibus præmia, & merita flagitijs ſupplitia parturit: Siquidem æquum eſt, non ſolum, vt ab his retrahantur, verum etiam ad virtutem, & ad præclara facinora incitentur animi Mortalium, ne deſides, ac ſegnes vitam hanc, diuina, humana deinde inſtitutione, æqui, bonique affectatione excolendam obſcurè iniuria tranſigant. Huic Tu ab otio omnino alienus, ſtudiorum, ac bonarum Artium meritiſſimus Alumnus, legum, iuriumque Imbriane Doctiſſime, plurimum tribuens, omni cum familiæ tuæ ſplendore, ac vrbis vtriuſque noſtræ laude, & ornamento, ſcitos præclari ingenij tui, Chriſtiano digniſſimos fœtus peperiſti: tam bonam frugem omnibus affers, ac mihi ita quotidianis precibus efflagitanti, libenti, vt ſoles, animo ſatisfacis, vt immortales gratias, nedum agam, verum etiam cum omnibus libentius referam, illud reliquum eſt ornatiſſime Iuli, ne tanti operis iactura tui cupidiſſimi ſpe diutius defraudentur, quod ad Te remitto, vt prælo excudendo nutriantur, ac aſſidua lectione in dies adoleſcant inſtitutorum iam, atque deſignandorum paſſim Magiſtratuum animi. Vale Capuæ ex Ædibus Kalendis Maij 1595.

ALPHONSI OLIMPII IN ZOILOS.

CARMEN.

CAEDRO digne lini aureæ ò libelle
Si tote proprio nitent odore
Sat leni ac redolent comi lepore
Ceu paucæ veterum tuæ tabellæ
Quæ Aſtrea imperium canant puellæ
Auulſus patrio ſinu, atque ab ore
Iam prodi lepide hoſtico à furore
Neq; bilum timeas, nigroq; felle
Nil nil reperient manus proteruæ
In Te quod lacerent, notent ue mentes
Cenſorum rigide, inuide ac Mineruæ
Ceu quæ multa probent, legantq; vultu
Contracto; hæc vitio ni dent amentes
Quod finem properes nitore cultu.

EIVSDEM AD AVTHOREM

CARMEN.

EX limo vario donabat corpora motu
Quod genus Iapeti, ſic cecinere Patres
Quod claras, lataſq; poli conſcenderit arces,
Surriperitq; ignem Solis ab axe dolo.
Sed Tibi quod ſimiles fieri, quod poſſe Tonanti
Nos doceas Iuli nomina, quodue Decus?
Quo velit atq; ſciat Iudex Tu pandis, vt æqua
Principis hoc libro ſanctio mandat enim:
Non homo, ſed (fari liceat ſi) forte ſenatu
E nitido Diuum Diuus ad iſta datus.

LECTORI

LECTORI CANDIDO SALVTEM P. P.

IMBRIANVS AVTHOR.

EN Candide Lector omnium nobiliſſimam, ad eam verisimiliter currenti Tibi creaturam effectam trado, vt iuſti habitum ab Ioue induetam, quò præ operum ſubſtantia, iuſtè cuncta velit, illam videas, iuris obiecti peritia à Pallade munitam, qua ſapidiſſimè ſciat, attendas, ac deniq; ab Inuictiſſimo Philippo principali eius ſplendore decoratam, ac poteſtate munitam per ſecula admireris, quibus ſic in eam coactis, cæteris ipſa præcellens, pro pacis cultu, Regnorum immortalitate, ac æterna Dominantium Gloria iuſtitiam; ac eam alioquin genitis populis, valeat miniſtrare. Eam quiſquis vbi emulari concupiſcat, iuſti habitum ab illuminanti largitore Deo, omni in eum iactata voluntate requirat, obiecti iuris peritiam diurnis, nocturniſq; ſimul vigilijs per ſpatia præmat, his lege principis ſotiandam authoritatem optimorum conſiliorum influxu adiungere ſtudeat. Quæ omnia, vbi ſe quiſquam elaboraſſe conſpexerit; ſecundum principis mentem ſe Magiſtratum exiſtere, agereq; contendat, cum omni dimenſione formatum, abſolutum lineis, ac numeris libratum eum, his inſignitum ſpectare offeratur. Verum ad me rediens; ſi non ornatu delicatiori, & illuſtri magis refertam illam, ac nequaquam Appellis inſtar, Apollodori, ac præcellentium cæterorum vltima manu expolitam, & exornatam edo, non tamen idcirco breuibus hiſce, ac propè aggreſtibus lucubrationibus elaboratam arguas, vel deſpicias quæſo; Neq; etenim Rudis ipſe, ac pene Analphabetus aliud me præſtitiſſe contendo; cum potius maiori iurium auſu, quo valui, inumbratam eam, exactiori calamo figurandam Tibi, induſtriaque frugi magis accerſitâ, inſculpendam, & imitandam voluerim, vt quò alios ſe in iuſtitiæ opere perficiendo præſtare debere docueris, idem quoq; non ſine Tui, & Regnantis laude, ac Dignitate, ad populorum tranquillitatem, & Altiſſimi Dei Gloriam, Tu ipſe ſis. Vale, & me commenda, quia commendaberis, & Tu. Illud tamen Te ignorare nolo, hanc, quam cernis exiguam tractationem per annum retardatam extitiſſe, ne in lucem exiret, idque manuſcripti Codicis ia-

ctura

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE.

RERVM SVMMAE.

1 *QVA ratione iudices ordinati fuerint, latiſſimè conſideratur.*
2 *In Principem cur fuerit imperium translatum exponitur.*
3 *Principes iuſtitiæ debitores ſunt.*
4 *A Principibus cur iudices conſtituti fuerint, repetitur ratio.*
5 *Iuſtitiæ incrementum ex recta iudicum ordinatione.*
6 *Iudices iuditiorum Duces, & Imperatores eſſe intelliguntur.*
7 *Rubrica noſtri contextus ſuppletur.*
8 *Eccleſiaſticæ perſonæ appellatione an veniat eremita.*
9 *Oblati per Regnum qui ſint, ac an Eccleſiaſtica immunitate gaudeant remiſſiuè.*
10 *Diuiſio textus in quinque partes principales, earumque diſcretio ſubijcitur.*
11 *Littera eiuſdem in compendium deducitur.*
12 *Vnuſquiſque ſuæ adminiſtrationis rationem reddere tenetur.*
13 *Syndicatus ratio ex diuinis ſcripturis deducitur.*
14 *Non omnes adminiſtratores ſyndicatui parere debent.*
15 *Redimitores ciuitatum de recenti ſyndicatui ſuppoſiti.*
16 *Magiſtri iurati ſimiliter eidem ſubiecti ſunt.*
17 *Plurimum intereſt lege ſyndicatus rationem reddere, vel extra.*
18 *Extra ſyndicatum rationem reddentes de leui, & leuiſſima culpa non tenentur.*
19 *Qui ſyndicatui parent de iure, etiam de leuiſſima moleſtari poſſunt.*
20 *Hodie de conſuetudine tantum pro dolo, lataque culpa moleſtantur.*
21 *Ad Principem non minus ſpectat iuſtitiæ cultus, quàm optimorum Magiſtratuum conſtitutio.*
22 *Iuſtitia pacificum populorum ſtatum roborat, & alios plures producit effectus.*
23 *Iuſtitiæ ad pacem proportiones plures referuntur.*
24 *Iuſtitiæ defectus in Principe, quæ ſibi mala pariat.*
25 *Iuſtitiæ è contra obſeruatio, quæ eidem bona tribuat.*
26 *Iuſtitia Regis in quibus verſari intelligatur.*

27 *Fruſtra Principes iuſtitiam cogitant, ubi optimos ſibi non adiungunt Magiſtratus.*
28 *Impij Magiſtratus gemere populos faciunt.*
29 *Principis mens tyrannica intelligitur, ubi bonos ſibi Magiſtratus non eligit.*
30 *Iuſti non intelliguntur Principes, qui iuſtis non utuntur.*
31 *Iniuſtus Princeps iuſtis Magiſtratibus utens, iuſtus intelligi poteſt.*
32 *Magis tolleratur Princeps iniuſtus, quã plures Miniſtri iniuſti, et cur.*
33 *Hi deſignari Magiſtratus debent, qui ſubiecti ſunt iuriſdictioni Principis ordinantis.*
34 *Eccleſiaſticis perſonis adminiſtrationes ſeculares cõmittendæ non ſunt.*
35 *Cœleſti militia militantes non debent alijs vinculis alligari, unde à diuinis retrahantur.*
36 *Clerici in milites noua militia eligi non poſſunt.*
37 *Eccleſiaſtica perſona occaſione ſecularium adminiſtrationum, à ſecularibus, ex communi, puniri non poſſunt.*
38 *Clerici prima tonſura Hiſpana ſanctione ſemel ſeculares iudices declinantes officijs, & ſtipendijs Regijs priuantur.*
39 *Communis præfata pro Clericis ſententia, ex verbis contextus in dubium reuocari videtur.*
40 *Clerici ratione feudi coram ſeculari Magiſtratu conueniri poſſunt.*
41 *Vnuſquiſque pro ratione ſui exercitij, iudici illius exercitij parere compellitur.*
42 *Eccleſiaſtica perſona ad officia admittendæ non ſunt, etiam ſi ſint Equites Hieroſolimitani.*
43 *Equites Hieroſolimitani ad feudorum ſucceſſionem non admittuntur.*
44 *Don Hieronimi della Cauaglieria viri periluſtris laus exponitur.*
45 *Equites aliorum ordinum cur in noſtro contextu memorati non ſint, ratio exponitur remiſſiuè.*
46 *Barones in Regno in eorum terris ordinandi ſibi officiales iuſtitiæ facultatem habent.*
47 *Barones non poſſunt exercere iuriſdictionem, neque in genere, neque in ſpetie, niſi quatenus in legitima ſunt poſſeſſione.*
48 *Magiſtratuum ordinatio eſt de reſeruatis Principi.*
49 *Tempore floreſcentis Senatus quatuor Populo Romano reſeruata erant, & quæ fuerint.*

DE

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE.

PRÆFATIO.

EX Auguſtini ſententia, lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 15. niſi primus, ac omnium parens Adam Dei imaginem, in ſe peccando violaſſet; nequaquam homo homini ſubiectus extitiſſet, exiſteretque, neque alius alium iudicaſſet, & ad præſens iudicaret; originali ſiquidem iuſtitia comitante vnuſquiſque ſibi imperaſſet, ac inſculpta iura dixiſſet. eiuſque rei indubitata quamuis apud omnes feratur ratio; ex illo tamen clariſſimè repræſentari poſſe videtur; quòd repetito principio, nequaquam homini mandauerit Omnipotens, vt cæteris ipſe ſuæ ſpetiei præeſſet animantibus; ſed bene, dominamini (inquit) piſcibus maris, volatilibus cœli, ac beſtijs terræ.
1 * Attamen, quia iam introductum peccatum inter homines inualuit, illudque inde iurgia, rixæ, bella, ſeminaria diſcordiæ, & ſi quæ his ſimilia ſunt cætera, in eorum pernitiem, vel neceſſariò inſequuta perſpecta ſunt, vt bellè admodum in §. ius autem gentium inſtit. de iure natura. Iuſtinianus Princeps exorditur; propterea ad comprimendas improborũ immanes cupiditates, & effrenatas, nimiſq; diffuſas violentias; vt homo homines iudicare poſſet, oportuit Di-
2 uino Numine prouideri; * & huius occaſione ad aliquem virtute, & auctoritate præſtantem confugere; qui his, veluti calcaribus inſtigatus, ac ductus iniurioſos potentiorum in infimos aggreſſus cohiberet, legum inſequeretur tranſgreſſores, ſumma infimis coequaret; pacatamque per omnia, iam conflictibus diuturnis, ſuis in viſceribus penè obrutam Romanam Rempublicam redderet, de humanis omnibus diſponendi libera ſibi poteſtate demandata; vt in §. Sed quod Principi inſtitut. citato titulo, l. prima, ff. de conſtitut. princip. l. 3. ff. de officio præfecti vigilum, & in Regni Conſtitutio.
3 incip. Non ſine grandi conſilio. * Qui præterea eiuſmodi poteſtate refulgens, ex hoc ipſo iuſtitiæ, & quidem celeris eius expeditionis debitor euaſit, vt in cap. Regni incip. Deteſtantes ab ipſomet Principe expreſſum legitur; & in Ritu Magnæ Curiæ 265. incip. Si con-
4 tingat; * & quia is capacitate imperij, neque in locis omnibus ad-

eſſe l. magiſtros C. de profeſſo. & medicis lib. 12. neque per ſe cuncta pariter expendere, exſoluereque poterat; alios æquali virtute, vel ei proxima inſignitos in partem regiminis, tantęq; protendendæ poteſtatis, non vtique in eum translata, diminuta, euocare neceſſe habuit; ſed qui eius principali ſuffulti ſplendore cunctis locis, & ciuitatibus præeſſent, iura, celeremq; iuſtitiam eius vice populis miniſtraturi, non minus eiuſdem ipſi debitores effecti, quòd vel certo Dei Optimi Maximi præcepto prodijt, dum Deuterono. cap. 16. ſic loquitur: *Iudices, & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio.*
5 * Et quia quàm maximè quod dictum eſt, ex recta, legitimaue iudicantium ordinatione exoritur;
6 * cùm, & ipſi pars potiſſima baſis, ac fundamentum, Duces prætere a, & Imperatores iudiciorum attendantur, vt legitur apud Baldum in rub. C. ſi à non compet. iudice, & dicitur in Pragmatica Regni 1. infra, de officio Sacri Regij Conſilij. & in conſtit. eiuſdem incip. Occupatis, & in alia incip. Nil veterum, ſub titulo de officio Magiſt. iuſtitiarij. Propterea illos quales eſſe, ſeq; præſtare oporteat loco quidem expēdere operepretium duxi; ad hoc, vt qui eiuſmodi eſſe velint, tantæ in bonum voluntatis non careant effectu, atque intelligant alij per contraria decurrentes quanto ſcelere, ex eorum admiſſa temeritate deprehendantur obnoxij; prout paſſim in ſubijciendis memorabitur, in omnibus plurimarum Regiarum Pragmaticarum inter cluſis interpretationibus, quæ relegenti vnicuique liquidiſſimè patebunt.

Rubrica de Eccleſiaſticis perſonis.

7 * Hæc rubrica malè ſupraſcripto modo concepta legitur; nequaquam etenim bene diſtinguitur ab alia ſuprapoſita de Clericis, ſeu Diaconis ſiluaticis, debebat ſiquidē aliquid aliud ſpecificum addi, quod diſcrimen aliquod præ ſe ferre videretur, vt puta ad ſecularia officia non admittendis; ſub hoc enim conceptu, & ratione formali latè diſtingui ab illa noſceretur; vērum, prout iacet, illam intelli-
8 gendo, * nota, quod appellatione Eccleſiaſticæ perſonæ venit Eremita, cùm, & ipſe eiuſmodi ſit, vt fori gaudeat prærogatiua; vt habes notabiliter per Innocentium in ſuo ſingul. 4. Sed pro eius veritate vide plura hinc inde conſiderata per Boerium in tractatu de ſtatu, & vita Eremitarum, num. 13. & 14. & in ſumma intelligendum eſt, vbi ſubiectus alicui Prælato, vel alteri ſuperiori religioſo ſit, vt per gloſ. in c. qui vere, 16. q. 1. & 93. diſt. nullum, ſecus ſi eſſet vagus,

vel profugus, nulli ſuperiori, vel regulæ aſtrictus, vt apud Silue.in
9 ver. Eremita. * De oblatis verò, qui in pluribus Regni partibus ſunt, an & ipſi fori prærogatiua gaudere debeant; ac rei familiaris immunitate, dicitur plenè in cap.Regni Regis Roberti, incip.Priuilegia; vbi explicatè nimium per Follerium num.35. atq; requiſita ad dictam oblationem optimè deduxit ex eo textu,quem adeas.

Per legge. Præſentis huius ſanctionis exordium omni iure munitum deprehenditur; vt in contextu ipſemet legiſlator Cardinalis exorditur, & inferiùs à nobis deducetur latiùs.

10 * Eadem verò in vniuerſum in quinque partes principales diuiditur; in prima namq; ponitur Maxima;in ſecunda ibi,*dalche naſce;* enumerantur requiſita ad illam; in tertia ibi, *& conſiderando*. in clericis,cęteriſq; religioſis perſonis requiſita perſcrutatur;in quarta ibi *per tanto*; ex defectu requiſiti, & conſequenter maximæ præfatæ eoſdem clericos, ac cæteras perſonas Eccleſiaſticas ab adminiſtratione iuſtitię,atque aliorum ſecularium negociorum propulſat,& remouet;in quinta verò ibi *ordinando*. pro obſeruantia emanatæ ſanctionis multipliciter contendit.

11 * Quæ diuiſa ſic breuiter in compendium deduci poteſt; in non ſubiectos ſeculari iuriſdictioni ſeculares adminiſtrationes iuſtitiæ, atque vniuerſitatum non conferantur.

Littera præterea adeò plana eſt, vt pro eius diſcretione facti
12 ſpecies aliqua non exigatur; idcirco ex ea noto primò: * Vnumquemque ſuę habitæ adminiſtrationis rationem reddere oportere; quod ipſum tam diuino, quàm humano iure ſatis exigi declaratur in textu. Quantum ſanè ad diuinum facit illud Euangelicum Matthæi cap. 25. de Domino aduerſus ſeruos talentorum adminiſtra-
13 tioni præpoſitos rationem exigente;* & in ſpetie ſatis illo Samuelis Regum primo cap.12.oſtenditur; dum ibi is inquit: *Itaque conuerſatus coram vobis ab adoleſcētia mea vſque ad hanc diem, ecce præſto ſum,loquimini de me coram Domino,& coram Chriſto eius,vtrùm bouem cuiuſquam tulerim,aut aſinum,ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem,ſi de manu cuiuſquam munus accepi,et contemnam illud hodie, reſtituamque vobis*. & ſic ſyndicatui parere intendebat. Quantum verò ad humanum latiſſimè patet, & præſertim quoad iuſtitiæ, atque aliarum publicarum rerum, & temporalium adminiſtrationem pertinet,habetur in l. vnica C.vt omnes iudices auth. vt præſid.abſque vlla datio. in §. ſecundum veteres auth. vt Magiſtratus à depoſita adminiſtratione, §.ſancimus, & in auth.de prouincia. Præſidi. §. ſimul atque; atque huius Regni iure edicitur

aperte

apertè in Regni conſtitutione, incip. Volumus; in cap. Regni, incip.
Statuimus item, quòd tam iuſtitiarij; item in alio incip. Nouas for-
mas. & in alio incip. Item quòd prædicti officiales iuſtitiarij, idem
præterea in Pragmatica, ſanctione 3. incip. Cum iure cautum, infra
de officio iuſtitiarij; idem in Pragmat. 7. in §. *e nel tomar de los ſyn-
dicados*. ſuprà, de compoſitionibus. & in alia incip. Regię dignitati.
infrà, de ſyndicatu Officialium. item in alia denique Illuſtriſs. &
Excellentiſſ. Comitis Mirandæ Proregis, quæ inter ęditas per eum
12. legitur fol. mihi 25. Cum ſimilibus alijs, de quibus per totum
tit. ad legem Iul. repetund.
14 Non tamen omnes ſyndicatus lege propoſita adminiſtratorum
rationem reddere tenentur; ſed illi tantùm, quibus lege, ſtatuto,
conſuetudineq; idipſum iniunctum eſt, licet propter adminiſtran-
tium ſcelera quotidie nouos Officiales legi prædictæ alligari de-
15 prehendamus; * vnde non multo ante acto tempore redemptioni-
bus ciuitatum Præpoſiti huius legis compede non aſtricti, eorum
malis procedentibus conditionibus, ad illam compelli, eaque alli-
gari cœperunt, Regia ad hoc promulgata ſanctione, à me per tres
16 menſes antequam in eos decantaretur, præuiſa; * rationeque ea-
dem per Regnum, qui eliguntur Magiſtri iurati ad eandem perdu-
17 cti, alia Pragmatica ſanctione intelliguntur. * verùm & ſi admini-
ſtratores omnes de exceſſibus per eos commiſſis valeant moleſta-
ri, ac puniri. Intereſt tamen plurimum extra ſyndicatus legem ra-
18 tionem ponere, quam ea dicta. * Nam quibus ea lex intermiſſa eſt,
leuis, & leuiſſima culpa non efficiunt; ſed lata, dolo proxima culpa,
ac dolus ipſe moleſtiam ingerunt, pro quibus detectis, admiſſiſque
pœnas pendere neceſſe eſt, vt per Baldum in l. ſi ſeruus vetitus, ff. de
19 legat. 1. & Marſil. in ſingul. 595. * Qui verò ſyndicatus legi pari-
turi ſunt, nedum latam culpam, dolumque aduerſum agnoſcent;
ſed & leuem, ac leuiſſimam inſuper culpam ſibi obiectam emenda-
bunt, vt per allegatos in locis præcitatis, ac plenè per Cataldinum
in tractatu Syndicat. quæſt. 13. vbi an valeat pactum de non pa-
rendo ſyndicatui latè deducitur, quæſt. 14. & 15. At quod dictum
eſt, ſic arctè ſyndicatui ſummiſſos teneri, ſtricto iure intelligẽdum
eſt, l. mancipia. C. de ſeruis fugit. & alijs per Catald. eo loci cita-
20 tis, * cum de communi conſuetudine, leuibus, leuiſſimiſque præ-
termiſſis, tantummodo de lata culpa, doloque conueniantur, vt
idem Cataldinus teſtis eſt, & habes per Grammaticum in ſuo Cri-
min. Conſil. 54. numero 2. quem refert, & ſequitur Marenda in ſuo
Conſil. 27. incip. In cauſa Syndicatus, num. 1. Sed de his non plura,

ne pro-

ne prolixiùs in ſyndicantium copioſiſſimos tractatus incidamus.

21 Secundò Noto, quòd quemadmodum inter cætera laudabilia ad Principem pertinentia, Principem locum obtinet de bene adminiſtranda iuſtitia frequens cogitatio, eiuſque dilectio, iuxta illud Sapientiæ cap. 1. *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram*; non minus tamen eundem optimorum, habiliumue Magiſtratuum ordinatio, & conſtitutio ſibi vendicat. Primum quidem in allegata Pragmatica Regiæ dignitati liquidiſſimè demonſtratur, dum ibi dicitur: *Regiæ dignitati nil magis conuenire putamus, quàm vt populos ſibi*

22 *commiſſos iuſtè gubernet; ac per iuſtitiam in pace protegat.* * Vnde pacificum populorum ſtatum iuſtitia dicitur roborare, vt expreſſim in allegata Conſtit. occupatis, in verſic. Cùm ſtatum, innuitur, ac paci moram imponere, vt per Baldum in cap vltimo, De pace Conſtantiæ, cui reſpondet Virgilianum illud Aeneidos 6. circa finem.

Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, paciq́ue imponere moram,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

quod ipſum recta iuſtitiæ adminiſtratione fieri, præſtariue oportet; & non aliter:

23 * cùm vlterius iuſtitia pacis fidus intelligatur Achates, ac illam credatur operari apud Eſaiam cap. 32. vt meritò pax iuſtitię opus eſſe exiſtimetur; ad quod facit illud in Pſalmo 84. *Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi; iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt.* vnde etſi in iuſtitia excolenda extollatur, ac laudibus innumeris in cœlum vſque Princeps efferratur, vt in cap. Regum. 23.

24 quæſt. 5. * Neceſſariò tamen de ea excolenda cogitare, & cum effectu illam omnibus peræquè miniſtrari, curare debet, ne demum cum populorum interitu, & ipſe cadat; Nam præter quòd Tyranni deteſtabile nomen inuaderet; ſi abſque ea in regimine verſaretur: cùm ſola iuſtitia Regem diuidat à Tyranno; iuxta notata per Archidiac. in cap. vltimo, 9. quæſt. vltima, tandem, vt dictum eſt, animę, ac ipſiuſmet Regni iactura afficeretur; poſito pro certo, ſine ea, nedum Rempublicam, ſed nec exiguum hominum cœtum, neque domum quidem paruam conſtare poſſe, iuxta illud Eccleſiaſtici,

25 cap. 10. *Rex inſipiens perdit populum ſuum.* è contra verò * Rex iuſtitię debitum perſoluendo, ſuum regale faſtigium augere dicitur, vt in l. 1. in princip. C. de nouo Codice componendo, in allegata Pragmatica 1. de officio Sacri Regij Conſilij, in dicta conſtitut. Regni Occupatis, in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. in §. conſiderauimus, & in §. itaque Deo, & habetur per Dominicum in cap. vltimo, col. 2. de re iudicata, lib. 6. quod Diuinis Scripturis proba-

tur

tur amplius, ſi ad eas nos conuertamus, & primò ex Prouerb. cap. 29. dum dicitur: *Rex iuſtus erigit terram, & Rex qui iudicat in veritate pauperes thronus eius in æternum firmabitur*; accedat ſubinde illud Dauidis in Pſalmo 44. *Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua.* atque ibidem: *Virga directionis, virga Regni tui.* Idem in Pſalmo 98. *Honor regis, iudicium diligit.* ad idem, & illud: *Iudicium, & iuſtitia erectio ſedis eius*, ac Prouerb. cap. 14. dicitur: *Iuſtitia eleuat gentem.* & eorundem 16. & 25. *Sceptrum iuſtitia firmari* enunciatur, cùm ſine ea tyrannicum, vt ſuprà, & odioſiſsimum Regnum ſit; quod cùm multorum votis repugnet, diù conſeruari non poteſt. Iuſtitia verò eius in his
26 comprehendetur. * *Iuſtitia Regis eſt, neminem iniuſtè per potentiam opprimere, inter virum, & proximum iuſtè iudicare, aduenis, & pupillis defenſorem eſſe, cobibere furta, adulteria punire, impios non exaltare, iniquos de terra perdere patricidas, et prauè viuentes viuere non ſinere, eccleſias defendere, cauſas citius diſcutere, omnes liberaliter audire; hæc omnia proſpera Regna faciunt, & Principes ad cæleſtia Regna perducunt*; quæ omnia è contra, vbi nō ſeruantur, certum eſt, vt ſupra, Regna, animaſq; regnantium diſsipari: iuxta illud Iob cap. 4. *Propter iniuſtitiam transfert Deus Regna de gente in gentem*, atque clariſsimum quidem in nobis fiet, ſi conſultiſsimos Hiſtoricos adeuntes, Helenæ raptum, Lucretiæ allatam vim, Aſtiagis crudelitatem, Cræſi ſuperbiam, & ambitionem, Xerſis audaciam, Marij, Pompei, & Antonij inuidiam, atq; aliorū paſsim mala repetamus. Quantum verò ad ſecundum de optimorum Magiſtratuum ordinatione, magis inualuit legiſlator, dicendo: *Ad quos nihil tam magis neceſſarium eſſe credimus, quàm eos regimini noſtrorum populorum præponere, qui ſecundùm mentem noſtram illis præſint, ac de iuſti-*
27 *tia prouideant.* * Vnde facilè intelligis, fruſtra Principes de bene adminiſtranda iuſtitia cogitare, atque in hoc noctes inſomnes traducere, vt ſubditis quies, & perpetua pax tribuatur, vt dicitur in dicto auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. & in auth. vt diuina iuſſio in principio, niſi hiſce eorum bonis intentionibus optimos, habileſque Magiſtratus adiungant, iuxta Regni conſtitutionem. Iudices vbique, qui eorum bonę voluntatis fructū ſubditis impartiri valeāt, ac meritiſsimum nomen per ſecula propagent, alioquin & leges antea latæ, & eorum intentiones, adhuc viuentes leges, inutiles, ac mortuæ eſſe intelligentur; vt apud Marſilium Ficinum
28 in Platonis Lachetem, & in eiuſdē de Republica dialogo 6. * Namque vbi impij ſunt Magiſtratus, ibi gemere exaudiuntur populi, vt

Prouerb.

prouerbio. cap. allegatio 29. dum dicitur: *In multiplicatione iuſto-rum lætabitur vulgus, cum impij ſumpſerint principatum, gemet popu-lus.* vnde ſubijcitur Prouerbio. cap. 33. *Cor boni conſily ſtatue tecum;* nam, vt dicitur Prouerbio. item cap. 12. *Conſilia impiorum frandulen-
29 *ta, & vix ſcit alijs conſilium dare, qui ſibi neſcit accipere.* * Nec minus
præterea tyrannica principis mens eſſe dijudicabitur; vbi non opti
mos deſignare ſibi magiſtratus aduertitur, cum iuxta prouerbio. al-
legatũ cap. 10. *Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius;* haud
30 enim fieri poteſt, * vt illos iuſtos eſſe intelligamus, qui iuſtis non
vtuntur, & gaudent? idque iuxta philoſophi traditionem Ethi-
cor. primo cap. 8. dum inquit: *Nam neque quiſquam iuſtum eum
dixerit, qui iuſtis non gaudet, neque liberalem eum, qui liberalibus actio-
nibus non delectatur.* Sed quanti in Principe bonorum electio ſit,
31 ex eo lucidiſſimum fiet; ſi conſideres, * quod quamuis is iniuſtus
ſit; quia tamẽ iuſtis vti perſentitur, iuſtus iure dijudicatur; ad quod
32 facit quod dicitur, * poſſe magis tollerari iniuſtum principẽ, quam
variè eius poteſtatem exercentes iniuſtos Magiſtratus; vt quando-
que apud Cuſpianum de conſulibus, Marius retulit, pro ratione
ſubijciens, poſſe malum vnum à bonis pluribus corrigi; multos au-
tem ab vno nequaquam, & in ſumma ex allegato cap. 16. Deuteron.
hi in iudices deligendi erunt, qui valeant populos iuſto iuditio iu-
dicare; quod ipſum non niſi ex probis, optimiſq. haberi poteſt, qui
vbi ordinati Regibus aſſiſtunt; iure illis cum Pſalmiſta occurri po-
terit: *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Quæ ve-
ro ad vltimam huius notabilis manum deſiderantur cætera, latiſſi-
mè in apparatu ſubijcientur.

33 Tertio noto in officiales eos aſſumendos eſſe, qui ſubiecti ſint iuriſdictioni principis ordinantis, ita & taliter, quod ab eius calore ſe ipſos abſcondere nequeant; nam alias de reddendis rationibus tantorum principum ſplendore dictate ſanctiones ad nihilum ad Regnorum ſuſtentationem deſeruirent; quod ferendum non eſt, vt hic: licet in Regno de conſuetudine male ſeruetur per Barones, vt teſtatur D. de Franchis in deciſ. 479. vbi caſum memorat, vnde huic noſtro contextui locus patuit.

34 Quarto noto magis in ſpetie, quod Eccleſiaſticis perſonis officia adminiſtrationis iuſtitiæ & aliarum Rerum publicarum, & temporalium conferenda non ſunt, concordat textus iuris canonici in cap. Sacerdotibus nè clerici, vel monachi; item textus in Re-
gni conſtitutio. incip. Clerici quoque, & in cap. Regni Regis Caroli
35 Secundi incip. cum nihil habeant; & ratio eſt, * quia in cæleſti mili-

B tia

tia militantes non debent alijs vinculis alligari, vnde à diuinis retrahantur, cum ipſis non liceat militare Deo, & Mundo. facit textus in cap.ante omnia 40.diſtinct. & in cap. non eſt.15.quæſt. 1.& in
36 cap.Suſcitaris, cap.Aduerſitas, & cap.Sugeſtum.7.quæſt.1.* Nec ſimiliter in Nouæ Militiæ milites eoſdem recipi debere ordinatum eſt alia pragmatica ſanctione 3. ſub tit. infra de Militibus. in §. *che non ſi poſſano*. & facit extra de oblig. ad ratiocin. non ordinandis, ſed huius notabilis aliam rationem proſequere, vt in ſequenti Notabili memoratur.

37 Quinto noto, quod perſonæ Eccleſiaſticæ ad huiuſmodi officia admiſſe non poſſunt in fine eorum adminiſtrationis ratione male commiſſorum, vel ommiſſorum,virtute clericalis priuilegij puniri; ad quod faciunt notata per Gloſam, & Doctores in dicto cap. Sacerdotibus, in quam ſententiam, communem ſcribentium ſententiam tranſiuiſſe teſtatur Aufrerius in clemẽtina prima de officio ordinarij regula prima fallentia 17.quamuis ſubijciat; quod ea apud Gallos minimè recepta ſit, prout latius deduxit Toletanus Couarruuias in ſuo libro practicarum quæſt. cap.33. num.6.vbi,& aliud in
38 materia iſta non conticendum ſubijcit,* Regia lege videlicet,cautum eſſe; quod ſi clerici primæ tonſuræ detecti fuerint vnica vice, eorum priuilegiorum intuitu ſæculares iudices declinaſſe; ab officiorum ſæcularium omnium adminiſtratione repelluntur;quinimo, & ſtipendijs fortaſſe ab ipſo Rege obtentis priuantur; vt per aliam
39 ſanctionem ſtatutum ibidem memorat;* verum vlterius quod dictũ ſupra eſt, Clericos ratione ſecularium functionum apud ſeculares Magiſtratus moleſtari non poſſe, in hoc Regno ex verbis huius noſtri contextus non creditur expeditum, dum in eo dicitur; *& poi nel dare del conto, & ragione di ſe ſteſſi vogliono aualerſi del priuilegio del foro, del quale pretengono tenerſi conto, & ragione*. quaſi quod verè ratione ſecularis adminiſtrationis, ſecularis pariter iuriſdictionis non ſint immunes; ad quod faciunt tradita per Paridem in tract. Syndicatus in verbo clericus, & per Cauenſem in Ritu Cu-
40 riæ 235. num.13. Cumq. etiam ex alio reſcriptum ſit,* eos ratione feudi coram ſeculari iudice conueniri poſſe, vt in cap. Verum, de foro competenti, cum quo concordantem habes pragmaticam ſecundam.§.item quod clerici, ſupra de Clericis, ſeu Diaconis ſiluaticis.* Quod ſucceſſiuè de quolibet alio aliquam artem, ſeu exer-
41 citium miniſtrante quoad ſingulos, ſingulorum exercitiorum iudices, adnotatum eſt, vt per Cauenſem loco citato limitat.15.& 16. At ne deinceps, vtriuſque iuriſdictionis fautor, contenderetur, vt

ſupra

42 ſupra dictum eſt, ſanxit, ampliando, vt in contextu, * etiam ſi ſint æquites ſancti Ioannis Hieroſolymitani; cum, & hi ſimiliter Eccleſiaſticæ appellationi ſubijciantur, ac virtute eorum ſatis recepto-
43 rum priuilegiorum fori gaudeant prærogatiua; * qua ſimiliter attenta, nec ad feudorum ſucceſſionem euocantur, vt latè proſequitur Ozaſcus in deciſio. pedemontana 27. num. 18. & Dominus de Franch. in deciſio. 28. Sed in hoc cogitabis; quia ea ſuppoſita, nec
44 clerici vocarentur. Verum ad ampliationem redeundo,* quãtum ad iam dictos æquites malè ſeruari præſentem ſanctionem aduertimus: Cum ferè quindecim ab hinc annis elapſis, exiſtente in hoc Regno prorege Don Indico de Mendozza Mondeiaris Marchione ad regendam magnam Curiam fuerit aſſumptus Don Hieronymus della Cauaglieria Hiſpanus Miles, genere perilluſtris, ac Æques Hieroſolymitanus digniſſimus, dominus meus, vir quidem rurſus vitæ integer, ac purus ſceleris; cuius anima iamdiu ad ſupernas auras perducta quieſcit in cælis, vt merito in eo ab huiuſmodi ſanctione receſſum aſſequaris, atque omni ceſſante adulatione, hæc veri-
45 tas eſt; * cur tamen alij aliorum ordinum æquites, vtputa ſancti Iacobi, Calatrauæ, Alcanteræ; item ſancti Stephani, Lazari, & alij hac pragmatica ſanctione comprehenſi non fuerint, in huius notabilis dilucidatione ſuo loco referetur.

46 Seſto, & poſtremo, ommiſſis ceteris, noto, quod Barones Regni in eorum terris officiales iuſtitiæ cõſtituendi poteſtatem habent; fuit etenim eis in hoc Regno primum communicatum merũ & miſtum imperium per Regem Alphonſum primum, vt ſcribit Afflictus in cõſtitut. Regni incip. ea quæ ad ſpetiale in primo Notabili, & refert Dominus de Franchis in deciſio. 211. num. 6. & in alia 370. nu. 8. item in alia 166. nu. 3. & vide Afflictum in deciſ. 77. num. 4. Super quo tamen ſemper priuilegiorum forma attendenda eſt: iuxta tradita per Andream in Regni conſtitut. incip. in locis Demanij *la prima*; quod ſatis Regia Pragmatica cautum legere eſt in pragmatica 8. ſupra de
47 Baronibus, dum ibi cauetur expreſsim * per Barones non eſſe iuriſdictionem neque in genere, neque in ſpecie exercendam, niſi quatenus in legitima ſunt poſſeſsione: Hinc, vt parumper per notata ſingula progrediar, habes limitationem ad id, quod in ſecundo no-
48 tabili ſupra diximus,* videlicet ad principem tantummodo officialium ordinationem ſpectare; cum fuerit de reſeruatis principi, ac peranteà ante Imperij in eum tranſlatione, de reſeruatis Populo Ro
49 mano, * licet etenim tunc apud eos maxima extitiſſet Senatus authoritas: Legis tamen ei conſtituendæ defuit poteſtas, Bellum in-

dicendi, pacis ſanciendæ, ac de qua loquimur, Magiſtratus conſtituendi; & non immerito quidem, vt latius inferius deducetur; vbi de vſurpato iuditio verba fient, quo in loco, ſi quæ alia ad huiuſmodi Notabilis expeditionem pertinent, commodè expendentur; Vnde expeditus de textualibus ad eorum apparatum deuenire offertur, aggrediorq. primo ſecundum Notabile, cum æque in re præſenti primo loco elicitum, explicatè procedat.

FINIS.

RERVM

Digitized by Google

RERVM SVMMAE.

1 *CVR præſentem tractationem Typis committendam duxerit Author, ratio exponitur.*
2 *Qui iudices eligendi ſint proponitur.*
3 *Iuditij vocabulum latè patet.*
4 *Iuditiū ſui naturali ſignificatione ad iuſtitiam refertur.*
5 *Iuditium iuſtitiæ actus propriè dicitur.*
6 *Ius iuſtitiæ obiectum eſſe intelligitur.*
7 *Iuditium, vt iuſtitiæ actus intelligatur, tria coniunctim exiguntur, & quæ ſint.*
8 *Poteſtates ſunt à Domino.*
9 *Peruerſum iudicium quod eſſe intelligatur.*
10 *Doctrina quo caſu in iudicante inutilis.*
11 *Impius quomodo ignorare credatur.*
12 *Iuditium quo caſu ſuſpitioſum, & temerarium prodeat.*
13 *Doctrinæ proprium eſt enodare.*
14 *Iuditium vſurpatum quando fiat.*
15 *Ex præmiſſis requiſitis vniuerſa ordinandorum Magiſtratuum tractatio exoritur.*
16 *Iudex iuſtus eſſe debet ſecundum ius id, quod iuſtum eſt, faciendo.*
17 *Iudex à iuris rectitudine aberrans iudicis nomen non meretur.*
18 *Iniuſtum faciens non ſemper iniuſtus dijudicatur.*
19 *Iniuſtum facere duplici variatur intellectu.*
20 *Ex electione iniuſtum faciens proculdubio iniuſtus eſt.*
21 *Præter electionem vero, & per accidens non item.*
22 *Iuſtum faciens quo caſu iniuſtus intelligatur.*
23 *Quæ differentia ſit inter facere iuſta, ſed non iuſtè.*
24 *Quomodo ſecundum iuſtitiam iudex moueri intelligatur.*
25 *Qui pecunia, muneribuſq. iudicat ſcelerati argumentum habet.*
26 *Iuris ignorantia iniuſtum faciens, & ſi præter intentionem, iniuſtus eſt, & cur.*
27 *Quid dicendum ſi in iure dubio errauerit, plenè ſubijcitur.*
28 *Iuris dubij quæſtiones facti quæſtionibus comparantur.*
29 *In iuris dubij quæſtionibus citra maculam principem iudices conſulere poſſunt.*
30 *Iuſti habitum in quibus iudices aſſequi valeant, enodatur.*
31 *Iudicantis voluntas, vt iuſta ſit, in veritatis inquiſitione occupari debet.*

Ad

32 *Ad quid, qualeve in ſummi, Aegyptiorum Magiſtratus collo numen penderet, memoratur.*
33 *Veritas, vti virtutum omnium formalis ratio, cunctis rebus præferenda.*
34 *Rationale veteris teſtamenti Pontifice tributum quid, ac cur ei datum.*
35 *Iudicantes poſtpoſita veritate à Deo procul eſſe intelliguntur.*
36 *Verum, & iuſtum conuertuntur.*
37 *Veritas in iudice quos, ac quantos effectus pariat, late ex Auguſtino deducitur.*
38 *Pro veritate abſque ſcandali metu certandum eſt.*
39 *Declaratur Iuſtinianus in §.1. de iuſt. & iure in iuſtitiæ deſcriptione.*
40 *Quæ iudicantes à veritate auocent, ex Cicerone referuntur.*
41 *Iuſtus quis in vniuerſum eſſe intelligatur.*
42 *Difficilis iudicantium conditio exiſtimata eſt.*
43 *Iudicis officium ex Platone circa quæ verſari debeat.*
44 *Alexandri mammeæ in deſignandis Magiſtratibus conſilium.*
45 *In eadem re quid in Sabaudiæ Ducatu obtineat, refertur.*
46 *In eadem re in hoc Regno quid æquè ſeruetur, affertur.*
47 *Ad quid præſens tractatio deſeruiat, memoratur.*
48 *Pecuniæ in peruertendis iudicijs quantæ ſint vires, multis oſtenditur.*
49 *In pecuniæ acceptionem exprobandam plura ex Diuinis Scripturis piacula memorantur.*
50 *Alij rurſus pecuniæ infortunati euentus recenſentur.*
51 *Pecunias ex officijs conquirere omnium flagitiorum principium, & finis creditur.*
52 *Ex pecuniæ acceptione iudices Malefactorum augent audatiam.*
53 *Magiſtratuum pecuniam ſitientium infeliciſſima fortuna eſt.*
54 *Auaritia Magiſtratus corpus, & animum effeminat, & quo pacto.*
55 *Auaritia ferro nocentior demonſtratur.*
56 *Cum Iudæ peccato participant, qui modo quouis iuſtitiam venundāt.*
57 *Iuſtitia virtutum Regina, Dei facies, figura, ac ipſemet Deus dicitur.*
58 *Qui iuſtus non eſt, nequaquam ex Deo eſſe intelligitur.*
59 *Craſſi pœna voracibus Magiſtratibus commemoranda proponitur.*
60 *Itemq. Fabritij parſimonia.*
61 *Ad idem Ariſtidis Athenienſis adminiſtrationis exemplar.*
62 *Spartæ, Thebarumq. fœlicitas vnde.*
63 *Quibus conſilijs principes à Magiſtratibus auaritiam propulſauerint, pleniſſimè conſideratur.*
64 *Primum de iuſtitiæ adminiſtrationibus non vendendis conſilium prodijt.*

Aliæ

65 *Aliæ adminiſtrationes licitè vendi poſſunt.*
66 *Baronum iuſtitia, adminiſtrationes ſimiliter vendi non poſſe, verum eſt.*
67 *Baiulationis iuriſdictio an, & quando vendi poſſit, deducitur.*
68 *Baiulatio vniuerſitas quædam eſt plura comprehendens.*
69 *Ius patronatus quo iure vendi poſſit, deducicur.*
70 *De non vendendis adminiſtrationibus iuſtitiæ, prouiſio memorata plurimum communi iure præcepta.*
71 *Ineruditorum quorundam in exquirendis officijs ambitio vide quemadmodum per Gregorium improbetur.*
72 *Ex Theodoſij conſtitutione qui in Magiſtratus deſignandi ſint.*
73 *Ex officiorum venditione plurima mala prodeunt, & quæ ſint.*
74 *Ex ea venditione mala neceſſario exoriri ex Iuſtinianeo contextu deducitur.*
75 *De officijs non vendendis Alexandri Seueri memoratur ſententia.*
76 *Iuſtitiæ exercitium ſacratiſſimum cenſetur.*
77 *Iudices Sacerdotes Antiſtites, Epiſcopi, viriq. religioſiſſimi dicti.*
78 *Officia ementes an & quando ſimoniam committere intelligantur.*
79 *Officia vendentium non eſt Regnum, & alia.*
80 *Non minus potentiorum precibus eorundem communicationem improbatam proſequere diſtinguendo.*
81 *Potentiorum preces pro habilibus fuſe, illos inhabiles ad officia ex Caroli V. prouiſione efficiunt.*
82 *Idem apud Chinas diſpoſitum obtinere memoratur.*
83 *Preces, & pretium æquiparantur.*
84 *Potentiorum preces armatæ dicuntur.*
85 *Perilluſtrium Regentium Cancellariam quanta ſit poteſtas.*
86 *Officia pecunia redimentes omnia mala agere præſumuntur.*
87 *Fures creduntur, & emolumenta, ſalariaq. ſua non facere.*
88 *Alia plura quæ per eiuſmodi committuntur mala, enarrantur.*
89 *Aduocato quando licitum ſit iuſtum vendere patrocinium deducitur.*
90 *Iudici iuſtum venundare iudicium impermiſſum eſt.*
91 *An Aduocati ad iudicandi munus promouendi ſint, declaratur.*
92 *Fabij Marcheſij Capuani Patritij notoria laus expoſita.*
93 *Galli, Fænicei, ac de Aponte ſuperſtitis illuſtris ſcientia ac laus.*
94 *Munerum præſtatione ad huc obtineri officia prohibentur.*
95 *Munera pecuniæ æquipollere exaudiuntur.*
96 *An à iudicibus Munera capi valeant, varie aſſertur.*
97 *Pro librorum reuolutione an iudicibus pecunias accipere liceat, & quo modo declaratur.*

An, &

Digitized by Google

98 *An, & quando iudicibus pecunias, muneraq. capere liceat, latè diſtinguitur.*
99 *Ordinarius an, & quando accipere poſſit, aſſertur.*
100 *Pecunia pro iuſtitiæ munere accipienda cur non ſit.*
101 *Pecunioſum iuditium adeo peſſimum, vt à principio nullum ſit.*
102 *Ampliatur, vt procedat, etiam ſi iuri conſonum illud ſit.*
103 *Recte iudicans cum præmij expectatione, fraudem in Deum perpetrat.*
104 *Qui bonis male vti intelligantur.*
105 *Pſallens voce in choro, & corde à pſalmis, & choro alienus fructus ſuos non facit.*
106 *Delegatus pro locorum conſuetudine ſibi ſtatutis ſportulis gaudere debet.*
107 *Quid in delegato Summi Pontificis remiſſiuè.*
108 *Digeſtorum iure munerum acceptio ſub qua ratione magiſtratibus probibita fuerit.*
109 *Xenia quæ ſint.*
110 *Diuerſi generis laborum nomina recenſentur.*
111 *Digeſtorum iure per annum quid accipere licuerit.*
112 *A familiaribus, & coniunctis non accipere inbumanum.*
113 *Iuris Authenticorum inualeſcens probibitio ſubnectitur.*
114 *Eo iure exculenta, & copulenta capi poterant.*
115 *Eadem Capitulorum Regni iure capi permiſſa leges.*
116 *Canonum iure exculenta, & poculenta vti capi valeant.*
117 *Exculenta, & poculenta quæ eſſe intelligantur.*
118 *Exculenta præfata quamuis minima, in pecunia dari non poſſunt, & cur.*
119 *Rex Ferdinandus officiales nil aliud præter taxata ſalaria accipere poſſe ſanciuit.*
120 *Caroli Quinti æternæ memoriæ Principis in hac ipſa re prouiſio accurata refertur.*
121 *Probibitio munerum ad quid tendat, exponitur.*
122 *An, & quando quod quis per ſe non poteſt per aliũ valeat, exponitur.*
123 *Magiſtratibus mercatura cur probibita, refertur.*
124 *Munera qua ratione Magiſtratibus præſtentur, ſubijcitur.*
125 *Supra principum cogitationes celſior non eſt cogitatio, & cur.*
126 *Munerum acceptio ſingularibus in eos teſtibus, quinque tamen, & probatæ opinionis probari poteſt.*
127 *Item iuriſdictio, ac malefactorum receptatio.*
128 *Item, & vſuraria prauitas.*
129 *Officiales mutuo pecunias accipere probibiti, & à quibus.*

Mutuum

130 *Mutuum præſtans iudicem corrumpere præſumitur.*
131 *Mutuans mutuo accipientis quodammodo Dominus ſit.*
132 *Beneficium accipere, nil aliud eſt, quam libertatem vendere.*
133 *Super munerum prohibitione alia ſtrictior prouiſio memoratur.*
134 *Quæ hodie à non prohibitis capi poſſint, memorantur.*
135 *Volatilium appellatione quæ veniant.*
136 *Gallinæ munus exiguum intelligitur.*
137 *Fructuum appellatione quæ venire intelligenda ſint.*
138 *Rerum ſimilium appellatione quæ comprehendantur.*
139 *Officiales in coniunctorum cauſis neque votare, neque interuenire poſſunt.*
140 *Ampliatur etiam in illis cauſis, in quibus eorum conſanguinei Aduocati, vel Procuratores ſunt, & cur.*
141 *Communi iure in cauſis, vbi coniuncti patrocinarentur, interuenire poterant.*
142 *Officiales ſibi inuicem res parui momenti donare non prohibentur.*
143 *Quo caſu officialis vltra ſalarium quid accipere poſſit, conſideratur.*
144 *Veterum, & nouiſſimorum Magiſtratuum comparatio.*
145 *Iugurtæ in Romanos Magiſtratus exprobatio.*
146 *Munera ſectantium peſſima fortuna demonſtratur.*
147 *Eccleſiaſtici Magiſtratus pecunia iuſtitiam exercentes cenſuris multis correpti ſunt.*
148 *Ob Munerum acceptionem, inter cetera, Hieroſolyma cecidit.*
149 *Munera fugientium Magiſtratuum fortuna, ac laudes.*
150 *Timor à Magiſtratibus vitandus eſt.*
151 *Timor multiplex eſt, & quæ eius ſpeties ſint.*
152 *Qualis Timor à Magiſtratibus excolendus ſit, memoratur.*
153 *Timoris initialis effectus plures.*
154 *In deligendis Magiſtratibus duo ſales exigendi, & qui ſint.*
155 *Præfatorum ſalium effectus quis ſit.*
156 *Timoroſi iudicis quanta ſit infælicitas, deducitur.*
157 *Iudicum Deum timentium plura ſtipendia referuntur.*
158 *Iudicium timore prolatum exceptionis ope facile eliditur, vt & illud amore prolatum.*
159 *Quicunque iudicat ſuo vel alieno amore, & paſſionibus ſe ſpoliare debet.*
160 *Themiſtoclis Athenienſis in ea re reſponſum ad Simonidem affertur.*
161 *Munus multipliciter conſideratur.*
162 *Iudices primo Dei Miniſtri. Secundo legis. Tertio principum eſſe intelliguntur.*

C *Diui*

163 Diui Gregorij hiſtoria de Tormentis cuiuſdam iudicis ambitioſam ſeuitiam exercentis memoratur.
164 In præfectos Regni expurgationi habita admonitio, ſubijcitur.
165 Gladij Magiſtratibus decreta poteſtas à quibus auertenda, quibuſve implicanda ſit.
166 Cur ſecuribus Romanorum conſulum faſces alligati fuerint, ratio.
167 Athenodori Philoſophi Xenium Auguſto datum in extremo congreſſu refertur.
168 Sigiſmundi Imperatoris de Magiſtratuum manſuetudine, nobiliſſima recitatur ſententia.
169 Viri Manſuetudinis qui eſſe intelligantur.
170 Principum ſententiæ capitales in diem trigeſimum ſuſpendendæ, & cur.
171 Dies iuſti cur dicti.
172 Principes ex ordinandorum inſpectione, quæ argumenta habeant ad ſuppoſitos excludendos, vel admittendos.
173 Exprobrandæ iræ quæ argumenta ſint.
174 Iudices mites eſſe debere, vti intelligendum ſit.
175 Magiſtratus viros ſe, & non mulieres populis monſtrare debent.
176 Veſpeſiani Principis in mollem à ſe electum Magiſtratum prouiſio, atque conſilium.
177 Quales ſe in vniuerſum Magiſtratus moſtrare, ac gerere debeant, ex Iuſtinianeo contextu ſuppletur.
178 Ira iuſtitiæ quædam pars eſſe intelligitur.
179 Magiſtratus proditores Principi qui intelligantur.
180 Magiſtratuum ira, ac æquitatis quis modus eſſe debeat.
181 Crudelitatis excludentia ſigna quæ ſint.
182 Spurij à iuriſdicendi munere etiam legitimati excludendi ſunt.
183 Nec ad Doctoratus inſignia admittendi.
184 Iudæis iuſtitiæ adminiſtrationes interdictæ, & cur.
185 Cum Iudæis nulla debet noſtri eſſe participatio.
186 Iudæi Chriſtianum mancipium habere non poſſunt.
187 Iudæi infames ſunt, ac dignitatum portas clauſas habent.
188 Iuſtitiam exercentes proximè ad Deum accedere creduntur.
189 Magiſtratus à locis ſibi commiſſis exterminaturos ſe hæreticos iurare debent.

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE.

Dialogus primus, Juppiter dictus &c. Jnterloquutores Ottauius Minutulus, & Imbrianus interpres.

MINVTVLVS. Quid eſt Imbriane dilectiſsime; quòd tam diu tui copiam non feceris? ac præſertim tam inopinatè Te ſubtraxeris à me, quem vix die altera, ſumma inter Nos communicatione ſuggerente, Tibi declinare fas erat? Num mei Tibi moleſta fortaſsis effecta eſt facies? diſsitine, aut obſoleti mores? Imb. Non eſt Minutule amantiſsime, quòd ita ſæueriter mecum congrediaris, tanta enim, vt bene dixiſti inter nos intexta eſt neceſsitudo, vt Tui ſemper mihi perincunda facies, ac gratiſsimi mores ceſſerint, neſtoreoſq. in annos, pro tua in cunctos innata beneuolentia ceſſuri ſint; verum ne tuus in hoc hæſitet animus; exponam cur me domi continuerim, quambreuiſsimè rationem. Min. Gratum facis, nam ita facile pro mei voto, medij temporis interuſſurium reſarcire intelligeris. Imb. Parum ea de re negocium affers. Namq. iam diu eſt, vt benè ſcis, quòd Pragmaticæ vnicę de Eccleſiaſticis perſonis ad officia ſecularia non admittendis, erexi interpretationis monumentum, atque, vt libuit elapſis ad illud, diebus, animaduertere, vti primo tantum auſu, primiſq. vigilijs donatum; non ita quemadmodum Res ipſa videbatur exigere; expolitum deprehendi, vt ſi voluntas ferret; in aliorum eruditionem euulgari poſſet; propterea, ne ita rude, & mãcum illud apud me vltra foret; laborum repetitione, auxuq. in eis fortiori ad eius ornatum, ita temporum. & ſtudiorum rationibus exigentibus, inſurgere, duxi operæpretium; proindeque, vt his neceſſarium otium adiungerem, placuit neceſſitudinis noſtræ curſum aliquantiſper intercipere, quod ipſum ingenito illo tuo fauore, quo ſtudia proſequeris, non vtique tibi ſolet eſſe moleſtum. Min. Non de tua multis mihi, ac paſsim omnibus comprobata fide dubitans iam dictis verbis exordiri libuit; ſed potius, vt ad internicionem vſque, vt feciſti; clam geſtorum enomenclaturam exponeres; & nũc

 ſatis,

Digitized by Google

ſatis,ſuperque gaudeo,quòd tot inimicorum peruerſæ,ignobilesq; voluntates,nobiles tui intellectus potentias non retardarint; quo minus ea, quæ frugi,quæque nobilia ſunt,de more perficeres; verebar etenim, ne congruentibus otiis deſtitutus,& nunc maximè tot inimicorum maledictis irretitus, iniuria quamuis, mœrore,triſtitiaque laſſus, domi iaceres: viuas ergo vti ante hac, & in aduerſis his fortem,&animoſum apparere ne deſinas;certò cùm ſcias in eorum ſæueritate ſeipſos illos diſperdere, efficereque vlterius, vt ab Infortunatis diebus celeriùs ipſe retraharis:ſed miſſa nunc hęc triſtia faciamus. Imbr. Pergratum facis; Namque eorum toties memoria repetita,haud fieri poteſt,quin pluries illis fatigatus animus in parte non affligatur. Min. Ita profectò eſt; quare pergas Imbriane, ſi placet: Quid eſt, quod principaliter hac tua interpretatione complecteris? Imb. Libuit in ea de Eccleſiaſticis perſonis ad ſeculares adminiſtrationes,vt dixi,& præſertim ad iuſtitię exercitium non admittendis, iuxta allegatæ pragmaticæ principalem ſcopum diſceptare; Ac deinde ſumpta occaſione principaliter magis de Iudicum Regni legitima ordinatione: Tractatio ſanè ſui lectione periucunda, tot Patrum, ac Principum luminibus ſuffulta cùm ſit. Ad illam ſiquidem Ciuilis,Pontificijque iuris primùm auctoritates,& axiomata adegi; Scripturæ præterea ſacræ atteſtationes; Huius Regni Regum placita, Platonis, atque Platonicorum, tum Ariſtotelis,Ariſtoteleorumq; traditiones perduxi;Theologica item plurima, Hiſtoricave; quò inſignita magis omnia micarent, quædam admiſi: * vt meritò nunc, vti flammas imitans Piropus à me quamprimum abſoluta,ſuiſque numeris illuſtrata fuerit,promulganda exiſtimetur; qua bene noſcant Principes quemadmodum ex eorum pectoribus imperij, tantæque eorum dominationis valeant ſcintillas excutere,flammaſque ad illuminandam Rempublicam formare; ac ſimul ad incrementum vti, Regaleque eorum faſtigium protendendæ illæ ſint. Atque ex parte altera,quæ ad Magiſtratum decurrentes debeant præcauere, quæve iam in ipſo verſantes præſtare,exoluereq; oporteat; quò inſculptam in eorum pectoribus Principum mentem inſinuent populis, dignèque in eorum adminiſtrationis menſa aſſidere, non ſine admiratione videantur. Min. Magnum opus aggrederis;ac tãta varietatis lectione illuſtratum, vt me vlterius non valeam continere quin, Imbriane mi, te ſemel, atque iterum rogem; vt, niſi alio detinearis, eius rationem exponas. Imbr. Quid ni? faciam libenter, ne me laborioſa fugere coarguas, & in molitiei notam impingas; iuxta Philoſophi traditionem

tionem Ethico. nicomach. lib.3. cap.5. At,vt vera loquar,non hoc ipſo vrgeor: ſed tui potius beneuolentia,qua vel deſidioſus,& iners quamuis induſtrius ſubleuarer; Sed ò quàm me opportunè interpellaſti: hucuſque ſiquidem ex meo contextu Notabilia collegi, vnde rem vlterius protracturo illud ſubinde incumbebat,vt ad pleniſſimam eorum enucleationem decurrerem; & quia ommiſſo primo,vti commodè abſoluto, ſeſe offert ſecundum; in quo quam expetis tractatio incidit: quò tibi morem geram, geſturus deinceps in omnibus, pro tui voluntate pergam. At num per continuatam interpretationem,an verò tuis intercedentibus interrogationibus id abſoluemus? Min. Credo tibi ceſſurum leuius, & auenti mihi vtilius, ſi placida aliqua ſermonum vice res optatè inquiſitioni ſubiiciatur. Imbr. Ita fiat;vnde,vt à ſuis res ipſa deducatur initiis: pro cardine, angularique noſtri inſtituti lapide illud Deuteronomij dictum,cap.16. in medium prodeat,dum dictum eſt: *Iudices,& Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis ,vt iudicent populum iuſto iudicio.* atque illud aliud Moſis Exodi cap. 18. ad Generum: *Prouide tibi de omni plebe viros ſapientes,& timentes Deum, in quibus ſit*
2 *veritas, & qui oderint auaritiam.* * Tales ergo, pro initio deligendos Magiſtratus intelligis;qui populos iuſto iudicio valeant iudicare. Min. Hoc bene teneo; at iuſti huius iuditij, cuius meminiſti, vim, & poteſtatem, pro voto non aſſequor. Imbr. Ratione quidem hæſitas,tum reſpectu latè patentis iuditij ſignificationis, tum iuſti adiuncti, in quibus dignoſcendis non modica verſatur difficultas: Attamen,vt ordine ſingula pandantur,illud primò animaduertendum
3 eſt, * quod,etſi iudicij vocabulum latè pateat;ita vt interdum non tam ad iuſtitiam,quàm ad cognoſcitiuam vim, atque prudentiam pertinere videatur: * proculdubio tamen illud in naturali ſignificatione acceptum, aut ſecundum primam eius impoſitionem, vti rectam iuſtorum determinationem ſignificans, ad iuſtitiam ipſam refertur. * Cuius propriè actus eſſe deprehenditur, ad quod facit illud Eccleſiaſtici cap. 18. *Ante iudicium para iuſtitiam tibi.* cùm ad eam, veluti eius actus ordinetur. Min. Sed & his optimè reſpondet, quod in Prouerbiis dicitur cap. 12. *Cogitationes iuſtorum iuditia.* quaſi quòd,vt dixiſti,illorum ea propria ſint, vti iuſtitiæ,quam fouent,operationes,& actus. Imbr. Diſertè quidem, at ſi ſpatiari in prædictis volueris Diuum Thomam adire poteris in 2. 2. queſt. 60. art. 1. in reſponſione ad primum argumentum. Min. Sed num iuditia ipſa erunt ipſiuſmet iudicantis actus? Imb. Vtique, ac non minus propria, vt dixiſti, vt quæ iure exercentur,cuius
miniſter

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

6 miniſter ius dicens creditur: * quod ius iuſtitiæ obiectum eſſe non inficiatur quiſquam: Ceterum ad principale caput redeundo, ſi aliis quibus vis iudicij nomen accommodatum exquires, dilatata ſignificatione mutuatum illud intelligere poteris. Min. Pergas loco dilucidare vti ad iuſtitiam iudicium pertinere intelligendum ſit, vt iuſtum illud dici queat? Nam ex hoc ipſo ſatis, ſuperque dilucidata ex Deuteronomio, ac Exodo petita prodibunt axiomata. Imbr. Quod loco quæſiuiſti, vt aſſequaris, ex Diuo Thoma repetere pote-
7 ris in 2. 2. allegata quæſt. 60. art. 2. in corpore; * quod ad hoc, vt ad iuſtitiam iudicium pertinere dignoſcatur, vti ei' actus tria coniunctim requiſita concurrere debent; quæ, & in cuiuſuis alterius rei conſtitutione adhiberi neceſſe eſt, videlicet: velle, ſcire, & poſſe; & ſic primum quidem erit, vt ex inclinatione iuſtitiæ, eiuſque rectitudine proferendi iudicij volũtas adſit: Secundum quòd iuxta rectam prudentiæ rationem illud à ſciente proferatur: Tertium, & poſtremum, quod Principis, ſeu alterius ab eo poteſtatem habẽtis muniatur auctoritate, quæ omnia bellè admodum ex allegatis contextibus ſuadentur. & primo ecce Principi decreta conſtitutio, dum dictum eſt: *Iudices, & Magiſtros conſtitues.* Ecce inſuper quæ in eis peritia deſideratur. *Magiſtros*, qui adeò inſigni peritia eſſe debent, vt meritò illos audire valeant filij Iſrael, vt in cap. ſi ergo 8. qu. 3. Ecce denique inclinatio iuſtitiæ, & rectitudo. *Qui iudicent populum iuſto iuditio.* Præterea dum Exodi 12. dicitur *Prouide tibi.* Vides optimè principibus eligendorum datam poteſtatem; ibi *viros ſapientes.* Ecce iuris, quæ exigitur peritia: Deinde ibi *timentes Deum, &c.* Ecce denique animi ad iuſtitiam rectitudo, & inclinatio; vt clariùs infrà enarrabitur. Rurſus eadem non minus bellè Sapientiæ verbis cap. 6. expreſſa videre licet, dum ibi dicitur: *Quoniam cùm eſſetis miniſtri Regni illius non rectè iudicaſtis;* quantum ad primum. *Nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ;* quantum ad ſecundum. *Neque ſecun-*
8 *dùm voluntatem Dei ambulaſtis*; quantum ad tertium: * cùm conſtet à Domino prodire poteſtates, vt loco citato dicitur in principio. Min. Cur ea coniunctim requiri dixiſti? num fortaſſe aliquid iuſto deerit iuditio, ſi prædictorum vnum, vel alterum deficiat? Imbr. Maximè: etenim vitioſum, & illicitum nequaquam ad iuſtitiæ actum accedens; ſed potius quàm longiſſimè diſtans iudicium
9 exoriretur, * & in ſpetie ommiſſo primo peruerſum diceretur, quo nil deterius; ad quod illud Abacuc cap. 1. referendum eſt, dum inquit: *Lacerata eſt lex, & non peruenit vſque in finem iudicium, quia impius praualet aduerſus iuſtum, propterea egredietur iudicium per-*

uerſum

10 *uerſum.* * Nam quæ tanti exiſtimatur doctrina, niſi ad optimam vitæ rationem per huiuſmodi inclinationem perducatur, inutilis
11 profectò in iudicante putaretur, ad quod ſimiliter facit, * quod impius ignorare dicitur, cùm veram ſcientiam, ac prudentiam non habeat; de practica formata, boni approbatiua, & efficaci intelligendo; ex quo, vt dictum eſt, eius ad bonum applicationem non appetit; qua dulciſſimus alias cùm ſuæ, tum alienæ ſalutis fructus capi ſolet, ac in ſumma omnis illi peſſima, gladijque inſtar in manu furentis, principalis tributa poteſtas, ex prædictis cederet; cùm improbitate correptus quantumlibet quæuis rectè ſentiret, ex ea
12 inſipiens factus, aperire contemneret. * Sublato ſecundo ſuſpitioſum, & temerariũ, quo nil infelicius: Namque intendentes Magi-
13 ſtratus iudicia diſtinguere, & enodare, * quòd doctrinæ proprium
14 eſt; illa prorſus, ex ignorantiæ typo confunderent. * Tertio verò perempto vſurpatum prodiret, quo nil atrocius, in eos, qui huiuſmodi quid admiſerint ſæuiſſimis accerſitis, ac ponderatis pœnis; de quibus ſuo loco diſceptabitur. Non minus tamen prædicta omnia in meæ pragmaticæ contextu, ad illum habita animaduerſione reperies, ſi vna mecum diſcurras: Primum ſiquidem verificatur ibi, *& di confidentia*; quaſi quòd timoratæ conſcientiæ eſſe debeant, & ex inclinatione iuſtitiæ iudicaturi. Secundum ibi *ſiano habili, & ſufficienti*: vt quia eminenti iuris peritia, ac legum claritate fulgere debeant: vnde iuxta ſæpè affatam prudentiæ rationem valeant iudicare, vt in auth. vt præſides abſque vlla datione, in §. proinde, in verſic. quapropter: & in pragmat. 2. in §. igitur ſacrum, infrà de officio Sacri Regij conſilij, ibi *Docti, &c.* Tertium verò, & poſtremum ſatis ex contextu ſuadetur, dum in ea de Magiſtratuum ordinatione inquiſitio; ac ipſa pariter ordinatio ad Principem, vel ab eo poteſtatem habentes refertur. Min. At nunc, ſi placet, circa requiſita hæc, quę enarraſti, diſcurras parumper; Nam multis tibi agendum, & mihi ad ſufficientem eorum captum certandum puto. Imbr. Sa-
15 nè non aberraſti; * ea etenim ſunt loci, ſedeſve à quibus ad optimos habileſque Magiſtratus inquirendos preſtò ſunt Principibus argumentationes: illa eadem ſunt, quæ multũ virium obtinere creduntur ad animos conciliandum, eoſdemque in beneuolentiam retrahendum, vti iuſtitiæ opus, pacem inquam, populis miniſtrantia. Eadem denique tantæ Principibus ſubeundæ molis perennia ſunt flumina; quæ me Duce, Comite, curſumque regente tranare tibi neceſſe eſt; ſi, vt par eſt, in prædictis edoceri peroptas. Min. Si non ardens eſſet animus, non vtiq; tanta deſtinatione pro eorum enar-

ratione

Digitized by Google

ratione inſtetiſſem; ac nunc, Imbriane mi, te quibus præcibus queo interpellatū volo, atque rogatum: vt pro tui captu nihil, quod tractationi huic conuenire intelligis, prætermittas: & primò, ne tractandorum curſum delicata iſthæc verborum conceptio remoretur, primi requiſiti, iuxta eorum poſitam ſeriem, libeat interpreta-
16 tionem affectare. Imbr. Ita fiat, vnde principio conſidera, * quòd iudex iuſtus eſſe debet ſecundùm ius, id quod iuſtum eſt, faciendo; aliàs iniuſtus dicetur; cùm ſecundùm Philoſophum actio ſit, ſecundùm quam id, quod ſubiicitur agere dicimur: vnde ex iuſtitiæ inclinatione procedens iuſtus ſit, iuxta Philoſophi traditionem ethic. nicomach. lib. 5. cap. 5. verèque tunc ab æquitate hoc iudicis nomi-
17 ne deſcendēte, is condecoratur: * quòd ſi per ſuperbiam à iuris aberret rectitudine, eiuſque diſrumpere tramites conuincatur, iniuſtus fieri, ac nequaquam iudicis nomine dignus intelligetur: ad quod illud ſacri eloquij accedat: *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium*. Min. Mihi verò in quo dixiſti hæſitare offertur, cùm nequaquam illud perpetuum Philoſopho 5. ethic.
18 creditum deprehenderim: * cùm ſenſit, facientem iniuſtum non ſemper iniuſtum fieri. Imbr. Ne te quæſo conturbet ponderatus
19 Ariſtotelis locus: * Nam pro reſponſione conſiderari poteſt, iniuſtum facere, quod dicitur duplici intellectu poſſe variari, & ſic quod aut ex electione, & intentione quis illud operatur, vel præter vtrãq;
20 * Primo caſu cum hoc ipſum per eum eligi dicatur, iure iniuſtus fieri exauditur, iuxta eiuſdem traditionem ethic. nicomach. lib. 5. c. 6.
21 * Secundò verò non item, cùm tunc per ſe iniuſtum facere non dicatur, ſed per accidens. & ſic præter iniuſti habitum, vt habes plenè concluſum per D. Thomam in 2. 2. quæſt. 59. art. 2. in corpore.
22 Quemadmodum ordine retroacto * eſt caſus in quo quis iuſtū operatur, & tamen dubio procul iniuſti vitio laborat, & profectò tunc eſt; vbi non ex iuſtitiæ inclinatione is mouetur ad illud, ſed ex aliquo extrinſeco; vt puta pecunia, amore, vel odio, timore, & ſimilibus: vt optimè dicitur in textu in cap. qui rectè iudicat. 11. queſt. 3. & habes per Philoſophum in allegato ethic. nicomach. lib. 5. cap. 8.
23 * Quod vbi accidit, iuſta facere dicit, ſed non iuſtè & ratio eſt, quia eatenus iudicantis voluntas virtuoſum quid dicitur affectare, & ſic iuſtum iuditium; quatenus ſecundùm virtutem, & ſic iuſtitiam ipſam mouetur, quòd tunc præſtare intelligitur, vbi ne dum legislatoris intentionem attendit; ſed & perficiendorum quoque operum ſubſtantiam ipſam, vt per contrariū intelligas præter eam iuſtum,
24 virtuoſumque nullum exiſtere poſſe; * imò qui talis pecunia, muneribuſque

ribuſque ad iuſtitiam perducitur, ſcelerati hominis argumentum habet? illud tamen quoad propoſitæ diſtinctionis primum mem-
26 brum attinet, tibi volo non incognitum; * quod videlicet, & ſi verum ſit, non ex propoſito facientem iniuſtum, iniuſtum non fieri; non tamen hoc ipſum obtinebit, ſi iuris ignorantia comitante iniuſtum illud admiſerit; nam cùm ius certum, & finitum ſit, l. ornamentorum, vbi Barto. ff. de auro, & argento legato, non dicitur citra culpam is illud admiſiſſe; & conſequenter iniuſti vitio non carebit, arg. l. ſecundæ. C. de iuris, & facti ignorantia; quod, & alibi apud
28 D. Thomam benè ſugeſtum memini. Min. Sed quid * ſi ius intricatum ſit, & vt aiunt, dubium; vt non omnibus facilis eius ſit reſolutio? num ſi in eo præter voluntatem erratum ſit, iniuſti inſurgat vi-
28 tium? Imb. * Hæ iuris dubij quæſtiones facti quæſtionibus comparantur; iuxta plenè per me ponderata in libello meo Prætermiſſorum, cap. 3. ac proinde idem in eis obtinere dicendum occurrit, ac in factorum quæſtionibus ſuprà definimus, non tamen indubitata
29 animi ſententia; * cùm in eis adhuc, vbi occurrunt, iudicantes principem ipſum conſulendi, citra omnē iniuriam facultatem habeant: vt expreſsè dicitur in auth. de iudicibus, in §. fina. & faciunt iura, in cap. 1. de noui operis nuntiat. cap. inter alia de ſententia excommu. cap. paſtoralis de fide inſtrumento. & in cap. litteras, & in c. 1. de reſtitutione ſpoliato. lib. 6. & in Regno habes in eius Conſtitutione, incip. Statuimus de officio Magiſtri iuſtitiarij: & in pragma-
30 tica prima infrà de relationibus cauſarum. Min. * Cedo nunc, Imbriane, in quibus iuſti habitum iudicantes aſſequi deprehendentur. Imb. Potiſſimùm vbi veritatem decernere offendentur: iuxta Exodi illud, ibi: *In quibus ſit veritas.* quare illi iudicantes verè iudices, & iuſti cenſebuntur; qui omne eorum ſtudium, & induſtriam in indagatione veritatis impenderint: Nam ita fiet, vt ad iuſtitiam ex-
31 ercendam voluntatem habuiſſe, habereque credantur, * cùm iudicantis voluntas virtutis ratione; & ſic ipſius iuſtitiæ, in veritate conſiſtat; quod ipſum plurimorum veterum efficaciſſimis inſtitutis non inconcinnè demonſtratur; & primò Ægyptiorum illud prodeat;
32 *apud quos obtinebat, in eius collo, qui inter eorum iudices primarium locum obtineret, numinis imaginem quandam, gemmis, & auro confectam pendere, quod numen ipſi veritatem eſſe aſſeuerabant, vt eo ſigno inſinuarent iudicantium cordi, orique ſemper ve-
33 ritatem ineſſe debere, idque non ex alio, * quàm quod rectè, pro-undèq; intuiti fuerint, vti virtutum omnium rationem formalem, cunctis rebus illam oportere præferri: vt optimè retulit Fulgoſius,

D lib.

lib. Rerum admirab. 2. cap. 1. Concinit ad idem in Veteri Teſta-
34 mento figuratum aliud, * vbi inter cætera ornamenta Pontifici tri-
buta Pontifex ipſe Rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebat:
Manifeſtatio, & veritas. ad demonſtrandum in Pontificis pectore
manifeſtam veritatis cognitionem eſſe debere: prout ad litteram
memoratur in §. Ecce, in princ. 36. diſtin. & legitur Exodi cap. 28.
Min. O laudabilia, & admiranda ſanè inſtituta, & tanto magis hoc
noſtro ſeculo; vbi multi noſcuntur iudices, qui non modo veritatem
non ſequuntur, verùm etiam diris plurimis imbuti eandem propul-
ſant, aures claudunt, ne exaudiant, ac illam adaperientes, vbi poſ-
ſunt, exterminare ſtudent. Imb. Ve miſeriſſimo illi, cui talia atten-
35 tare contingerit; * Nam cùm veritas iuſtitiæ mater ſit, iuxta dedu-
cta per Neuizanum in ſua Sylua, in tractatu quomodo iudicandum
in dubio, num. 113. quæ iuſtitia eſt ipſemet Deus, qui ipſamet ve-
ritas dicitur, iuxta illud: *Ego ſum via, veritas, & vita*. qui veritatis
poſtpoſitis ſacris iudicat, procul à iuſtitia, & conſequenter ab ipſo
36 Deo eſſe intelligitur; quo nil damnabilius: * vnde, & aliud intelli-
gis, verum, & iuſtum ad inuicem conuerti, vt in §. 1. inſtit. de liber-
37 tinis, ibi: *iuſta ſeruitute*, hoc eſt, vera. * ea inſuper eſt, quæ ingenia
omnia, aſtutias, & calliditates ſuperat Aduocatorum; atque cùm ad
illam nati ſimus, teſte Philoſopho, lib. ethic. 1. cap. 1. eadem citò il-
lam exquirentibus aduenit, omniaque denique iuſtitiam retardan-
tia perimit impedimenta; quippe cum Auguſtino ratiocinante in
ſuo libro de libero arbitrio, in ea teneatur, & cernatur ſummum
bonum, in nullius loco ſit, ac deſit nuſquam; foris admoneat, ac in-
tus doceat, omnes in melius commutet, ac à nemine ipſa in dete-
38 rius commutetur, * vt meritò propterea, & ſi pro eius inquiſitione
certum ſit ſcandalum exoriri, pro eadem contendendum exiſtime-
tur, cap. qui ſcandalizauerit. de regu. iuris, & optimè facit textus in
cap. nemo peritorum allegata 11. quæſt. 3. ibi: *Melius eſt pro verita-
te pati ſupplitium*. & habetur per Neuizanum loco citato, num. 116.
& per Conradum in ſuo Iudicantium ſpeculo, lib. 1. §. 3. illatione 18.
39 Quibus accedat etiam quòd * iuſtitia à Iuſtiniano conſtans, & per-
petua voluntas deſcripta eſt, & non alia ratione quidem; niſi, vt per
illa verba ſummam virtutis, & ſic iuſtitiæ prædictæ voluntatem ſi-
gnificaret, quæ à falſitate bene diſtinguitur; quaſi quòd eiſdem illud
clarius ipſe inſinuare voluerit, iuſtitiam virtutem, voluntatem eſſe
pro veritate ius ſuum cuique tribuentem; vt iure tandem omnis iu-
dicantium conatus ad eius inquiſitionem referendus ſit. cap. iudi-
cantem. 30. quæſt. 5. l. fin. de probatio. & l. 1. C. de dedititia libert.
tollenda

tollenda cum ſimilib', quò iuſtitiam, ac Deum ipſum, vt ſup rà commonuimus, habere ipſi dignoſcantur. Min. His ergo pri mum requiſitum abſolutum intelligemus? Imb. Ea ſanè omnem iuſtitiam habent; at quò ad illam promoueantur mortalium animi; longè plura iis, Deo illuminante, proſequemur; veluti ad illam plurimis ſemotis impedimentis, atque ea fermè ſunt omnia; quæ libro primo
40 de Oratore recenſuit Cicero, * dùm inquit: *Multo plura iudicant homines odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut ſpe, aut timore, aut errore, aut aliqua mentis promotione,*
41 *quàm veritate.* vnde illud in ſpetie magis intelligere offertur* illum iuſtum, ac ex inclinatione iuſtitiæ iudicare cenſendum eſſe; qui non odio, non amore, non timore, neque pecunia, aliaue re æquipollenti à recti tramite, iuſtive ſede deicitur, ſed Deum, & iuſtitiam, pro eius muneris implemento præ oculis habendo, vnicuique ius ſuum tribuit, alienum non vendicat, propriam vtilitatem negligit, & communem æquitatem cuſtodit; in omnibus recta cum prudentiæ ra-
42 tione procedens; vt in allegata 11. quæſt. 3. cap. quatuor. Min. * O miſeri iudices tot conditionum inuolucris irretiti. Imb. Iure quidem illorum tu Minutele miſereris; cùm omnia prædicta ab eis ſubeunda quæ ſunt, longè humanas conditiones excedere Platoni in ſuo Apologetico viſum fuerit; qui pariter, & de Regno his acce-
43 dens, inquit: * *Iudicis officium eſt ſuam propriam virtutem exhibere, vt neque à muneribus, neque à timore, neque à commiſeratione, neque ab inimicitia aliqua, neque ab aliqua amicitia ſuperetur.* Quicquid tamen ſit, longè maiora eos perferre, præſtareq; poſſe, vbi Dei timorem attendant, ſuo loco plurimis diuinis teſtimoniis oſtendetur. Min. Quis tamen modus Principibus erit; vt tales ſibi valeant Magiſtratus adiungere, qui maledictis, ac peſſimis his non atterantur?
44 Imb. Illud mihi venit in mentem, * quod olim in hac ipſa re Alexander Seuerus conſultiſſimus, ac feliciſſimè tunc adminiſtrationis Princeps ſeruare conſueuit; quod ipſum eiuſmodi pro veritate ceſſit, vt longè apud eum iam inde habitas Romanas inſtitutiones iuſtitia, atque prudentia ſuperarit; ipſe ſiquidem omnium eorum nomina, quibus fuiſſet Reipublicæ partium adminiſtrationem demandaturus, in Albo palàm edenda procurabat, eaque lege, vt liceret cunctis eorum exprobrare vitia, ac palàm facere, ea afficiendis pœna, delatoribus, ſi obiectum crimen non probaſſent, quæ iure accuſatis debebatur, vbi obiectum in eos crimen verum fuiſſet inuen-
45 tum: vt Fulgoſius refert allegato lib. 2. cap. 1. * Succedit præterea quod in Sabaudia ex veteribus, nouiſque conſtitutionibus in hac

ipſa re dignè ſeruari refert Antoninus Teſſaurus in præfatione Deciſionum Senatus Pedemontani, ſub num. 24. quod vbi de aliquo in Senatorum numerum referendo agitur, non prius cooptatur, quàm in Senatu de eo fiat examen, tam de relligionis, & fidei profeſſione, quàm de bonis moribus, ac doctrina; quod, & diu ſeruatum, & adhuc in viridi obſeruatione eſſe proteſtatur. Min. Quid verò in hoc noſtro Regno obtinere referemus; vbi in omnibus ſanctiſſimè diſpo-
46 ſitum intelligimus? Imb. * Illuſtriſtriſſimi, & Excellentiſſimi in hoc Regno Proreges cùm non in longum tempus, quò aliis locus adſit, Regio decreto adminiſtrationem protendant, non poſſunt ex ſe ipſis perſonarum habilium habere notitiam: proinde ab eorum à latere Regiis Conſiliariis ad vitã hic reſidentibus; ac Regiam, quam dicunt, Cancellariam Regentibus de promouendis, ſuper prædictis ſibi relationem fieri expoſtulant; quibus habitis pro earum ratione cuique dignè adeunti adminiſtrationes decernunt; ac in eum modum paſſim ſeruari videre eſt; quod ſanè inſtitutum inter ſancta ſanctum; & laudabilia laudabile æquè exiſtimandum eſt: cùm à præfatis Dominis ea detecta ſit induſtria adhiberi, vt non niſi ab equo, vt dicitur, Troiano deſcendentes euocari videantur, vt bene vetus docuit experientia. Min. Putas igitur ob prædicta omnes optimi regiminis Magiſtratus ordinari? Imb. Bene puto. Min. Ad quid ergo tantæ tractationi tibi incumbere oportuit, quippe cùm non oſtentationis gratia ad illam te prouocatum credam; at quò verè publico, communique huius Regni bono ſedulus conſulas? Imb.
47 * Quoad poſſunt inuigilent quamuis, atque laborent principes, non tamen in numeroſa eiuſmodi Magiſtratuum ordinatione laborum, vigiliarumque præmium poterunt reportare, cùm penè impoſſibile ſit, iuxta eorum mentem adinuenire tot homines, qui, & viros ſapientes, & timentes Deum ſe commoſtrare poſſint, ac velint, illorum ergo gratia hanc noſtram tractationem compactam intelligas, qui à Principum conſilio aberrantes, nequaquam bene intuentes, propriam ſuarum paſſionũ mentem inſequuntur; & faxit Omnipotens, quòd denario, aut ternario numero hi concluderentur; nam neque tempus, aut operam poſſes me, iuſtè decernere, perdidiſſe, ad illorum ſaltem expiationem, eruditionemq; hac mea, exigua licet, tractatione reiecta. Min. Bonum opus operaris, proindeque Deum in cunctis tuis anguſtiis propitiatorem agnoſces: verùm, ſi placet, pergas nunc exponere ſigillatim, quemadmodum his, quæ dixiſti, ma-
48 ledictis, iudicia ipſa peruertantur; & primò quia vulgare eſt, * maximas pecuniæ vires exiſtere; iuxta Horatianum illud: *Quid non Regina*

Regina pecunia donat? & bene nummatum decorat ſuadela; Venuſque. atque Virgilianum illud aliud, quod fertur: *Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames?* proinde quanti pecunioſum iudicium ad iuſtitiam accedat; ſeu mauis ab ea longè ſit, pro voto proſequere. Imb. Faciam quod vis; nam horum explicatione habita, non occurret amplius, quod ad propoſiti requiſiti dilucidationem valeas efflagitare adeo abſolutum, perſpicuumque illud tibi fiet, initioque illud præmittas; vitandam eſſe à quolibet iudicante pecuniam, cùm vt Eccleſiaſtici cap. 10. dictũ eſt, nihil iniquius ſit, quàm eam adamare, ea enim ſola tanti eſt, vt ad iudicum oculos perducta frequentiſſimè iudicium peruertat, ac à propoſita, quoad fieri poteſt, procuranda iuſtitiæ inclinatione longiſſimè faciat aberrare, ad quod illud afferri poteſt iam vulgatum: *Aurum portas erumpere adamantinas.* vt per Lucam de penna in l. ad ſplendidioris C. de diuerſis officiis, lib. 10. atque prudentum oculos excecare, iuſtorumq; verba ſubuertere, vt legitur Exodi cap. 23. & Deuteronomij cap. 16. circa finem, impellereque præterea ipſum affectantes ad idolorum ſeruitutem, & in damnabiliſſimam ex ea prodeũtem infidelitatem, vt dicitur in cap. Cùm omnis auaritia prima quæſt. 1. audi rurſus à Carolo V. Sacri Romani Imperij conſultiſſimo Principe in hac ipſa re prolatam ſententiam in Pragmatica ſecunda, infrà de muneribus official. *Quis neſcit munera habere vim auertendi animum à recto iudicandi tenore?*

49 * Audi rurſus in pecuniæ, munerumque acceptionem exprobandam, ac exterminandam ex Diuinis Scripturis aperta piacula, & primo ex Prouerb. cap. 22. accedat, quod dicitur: *Victoriam, & honorem acquiret, qui dat munera, animas autem aufert accipientium.* item ex cap. 17. dum dicitur: *Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iuditij.* item, & ex cap. 18. *Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpatium ei facit.* Hac igitur ratione; auri munerumque perceptio Magiſtratibus prohibita eſt,

50 * cùm vlterius ea ſola iuſtitiam opprimant; ac pauperes in iudicantium portis obſtrepentes exaudiri non permittant, vt dicitur in textu in cap. quando ſæpè allegata 11. quæſt. 3. & in cap. pauper, ac inſontes multi, vt ſontibus ipſis parcatur, eis opprimuntur, vt in cap. eſt iniuſta 23. quæſt. 4. quod latius Iuſtinianus princeps exorditur in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. his proprias ſedes coguntur ciues relinquere, atque non ſine vitæ, & rerum domeſticarum periculo, interituque ad Principem confugere eis neceſſitas comparatur, his pariter, & populares motus excitantur, & in ſumma, vt dicitur in dicto auth. in §. neque ea ſanè. *Hæc eſt omnium*

malorum

51 *malorum cauſa,* * *& pecunias ex officiis conquirere omnium flagitio-*
rum principium, & finis; & profectò, quod ſacra docent eloquia admi-
ratione dignum ſimul, & veriſſimum eſt, nempe auaritiam omnium
matrem exiſtere, & maximè cùm in animis non priuatorum, ſed Ma-
giſtratuum innaſcatur, quis enim abſque metu periculi non furetur?
quis non ſecurè latrocinetur? conuerſis ad Magiſtratum oculis, videnſq;
illum omnia auro habere venalia, confidens fore, vt nihil tam turpe ad-
mittat, quod non data pecunia poſſit redimere, inde homicidia, adulte-
ria, latronum aggreſſura, vulnera, raptus virginum, nundinarum, &
publicorum conuentuum confuſio, contemptus legum, Magiſtratuum,
& ſimilium: quibus pariter plurimum concinit, quod in allegato
cap. Pauper compendioſè Iſidorus enuntiauit, dum dixit: *Citò vio-*
52 *latur auro iuſtitia,* * *nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redi-*
mere nummis exiſtimat. Min. Ex Magiſtratuum auaritia multipli-
cari ſceleratos certa, & indubitata concluſio eſt: at quibus malis,
atque incommodis illam inſequentes afficiātur, aperire ne deſinas.
53 Imb. * Eorum, qui tali peſte tenentur, quorumque ingenia præfata
54 labe pergrauantur, infeliciſſima fortuna eſt; * namque ea quaſi Ve-
nenis malis imbuta illam inſequentis corpus, animumque, licet vi-
rilem, effeminat; cùm ſemper infinita, & inſatiabilis ſit, neque co-
pia, neque inopia minuatur, cuius rei rationem, ne in longum eam
deducamus, in doctiſſimorum cōſeſſu habitam Gellius noctium At-
55 ticarum lib. 3. cap. 1. complexus eſt; quem adeas. * Præterea ea fer-
ro nocentior eſt; nam illud, & corpora, & domos tollit; ea verò præ-
ter corpora, domosq; cum eis famam quoque, & Deum ipſum adi-
56 mit, cùm virtutem abſcindat, ac ſecum vitia cuncta trahat, * quid
inde peius, aut deterius Iudæ peccato excogitari poteſt? & tamen
cum eo ſanè participare credūtur, qui ea labe ſuppoſita, modo quo-
uis iuſtitiam venundant; cùm, qui iuſtitiam vendit, Deum ipſum
57 vendere credatur. * Nam præter quòd ea omnium virtutum regina
exiſtimata eſt; adhuc, quod plus eſt, Dei Optimi Maximi facies, fi-
gura, atque ipſemet Deus dicitur; vnde, & illud conſequenter ma-
nat, quòd qui iuſtitiam facit, Deum ipſum videre cenſetur, & cùm
58 iuſtum, & honeſtum apud Deum ſedeant, * qui iuſtus non eſt, nequa-
quam ex Deo eſſe intelligitur, minuſque in ſe Diuinam Trinitatem
59 agnoſcere, cap. Forus de verbo. & rer. ſignificat: * Craſſi deinde
pœnam, qui ad eam diabolica inſtigatione impelluntur, quotidie
comminiſcantur; cui præ ingenti ſua auaritia liquefactum, ac ebul-
liens aurum in potum datum extitit, his verbis, veluti conclamante
60 præcone: *Craſſe aurum ſitis, aurum bibe.* atque ex parte altera * Fa-

britij

britij parſimoniam cordibus figant, de qua apud Gellium Noctium
61 Atticar. lib. 1. cap. 14. * Non minus tamen Athenienſis Ariſtidis normam contemplentur, qui cùm domi, foriſque diu ex ſui ſententia Athenienſem Rempublicam rexiſſet; tandem cùm moreretur, nec in eo fuit inuentum, ex cuius diſtractione, in eius ſepulturam poſſet impenſa fieri, quapropter de publico elatum illum fuiſſe, me-
62 moria eſt quidem celebris, * ac non minus quidem Spartæ, Thebarumque tunc celebris extitit felicitas; dum iam dicta continentia prædios ciues Rectores habuerunt: Hæc indubitata ſunt piacula; quæ Magiſtratuum corda expungere, expurgareq; facile Poterunt, ſi modò propoſitæ culturæ patientem aurem accommodare velint; ſi modò non adeò feri ſint, qui non miteſcere poſſint; ſi modò eorum penitus oblitos ſe ipſos demoſtrare nolint; ac imminentium pœnarum timore corripiantur. Min. Dicas nunc quibus pœnis Magiſtratuũ auaritiæ occurſum ſit? vt iure cum Horatiano illo eiſdem occurramus, & nos. *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.* Imb. Ne tot immenſis malis, iuſtiſſimis principibus concrediti populi afficerentur; neuè tot deteſtabilia deinceps in Magiſtratuum animis obtinerent; vnde collachrymantibus rerum omnium ſpetiebus
63 mundi huius vniuerſa Machina ſubuerteretur. * Hanc, quam dixi, pernitioſiſſimam auaritiam peſſundare variis modis principes ſtuduerunt; per tot, tantaque temporum curricula diuerſimodè prouidentes; de illis primùm agam. aliquibus de pœnis interiectis, ex quo de ipſis aptius alibi diſſeretur. Min. Vt lubet. Imb. Principio
64 quidem illud conſultiſſimè prouiſum extitit; * ne adminiſtrationis iuſtitiæ exercitia vendi deberent; ſed quòd optimis, ac benemerentibus ea conferenda veniant, vt in Pragmatica prima, & ſecunda inuictiſſimi Caroli V. Imperatoris, infrà de officia. ad partis inſtan. vel per pecun. non creandis; cum quibus concordat capitulum 12. inter capitula, & gratias conceſſas in parlamento generali in anno 1536. & aliud quartum, quod prodiit in anno 1540. de quo fol. 128. Summa cum ratione quidem, atque prudentia. Nam ex Philoſophi ſententia 2. Polit. cap. 9. *Magiſtratus maximos venales eſſe prauum eſt; totam enim ciuitatem ad pecuniarum ſtudium conuertit.* Min. Omnes ergo cuiuſcunque generis adminiſtrationes ſint,
65 venditionem effugient? Imb. * Non vtique, cùm in dicto anno 1540. per allegatum cap. quartum fuerit præfata prouiſio ad officia adminiſtrationis iuſtitiæ reſtricta, de quibus etiam non vendendis aperta ſunt Canonum iura in cap. 1. 2. & 3. ne prælati vices ſuas; quare quæ extra eam circumferuntur, venditioni ſubiacere non in-

conuenit.

Digitized by Google

conuenit. Min. At cùm euidentiſſimum ſit conferendorum officiorum poteſtatem etiam Baronibus in hoc Regno competere: num & illa ſimul dictam venditionem ſubterfugere intelligenda ſint? Imb.
66 * Vtique vt perbellè expreſſum videre eſt in Pragmatica 4. ſuprà, de Baronibus. Min. Sed quid eſt, quòd Baiulationis officium per ipſos venditur, cum quo iuriſdictionis pariter, ac miſti imperij ce-
67 dit exercitium? Imb. * Ratione expoſita, atque aliis, paſſim comportandis, nequaquam vendi illam poſſe, Regni conſtitutione cautum eſt, vt in conſtitutio. incip. Magiſtri Camerarij, verùm licet clariſſimum ſit, in venditionem iuriſdictionem ipſam deduci non
68 poſſe, poteris tamen conſiderare, * quòd Baiulatio vniuerſitas quædam eſt plurium comprehenſiua; quippe cùm ne dum iuſtitiæ virgam, & ſic iuriſdictionem, eiuſque exercitium comprehendat: Sed plures alios fructus prouentus, & emolumenta; quæ ſimul vendi poſſe non dubitatur, ac eorum occaſiooe ad iuriſdictionem, vti acceſſionem quandam peruenitur, ex vulgata illa iuris diſpoſitione, quæ habet, quòd multa tranſeunt cum vniuerſitate, quæ aliàs non-
69 venirent: cap. ex litteris de iure patronatus, * vbi ius quidem patronatus, vti ſpirituale quid venditionem effugit, & quia cum hæreditate conſideratur, vti illi annexum; cùm ea vendita facilè tranſit. ex quo ſuprà dictam regulam excerptam iam intelligis, & habes apud Afflictum in dicta Conſtitutione ſub num. 2. Min. Illud ſubinde cedo num prædicta tam ſalubris prouiſio hoc nouo iure ceperit: an verò anterioribus, & communibus antea Principum conſtitutionibus obtinuerit, ita vt nouis hiſce memoratis deſuetudine in-
70 umbrata illa in viridem obſeruantiam protracta ſit? Imb. * Ne dum vna, ſed pluribus ſanè repetitis, ea communi iure præcepta legitur, vt in auth. conſtitut. de præſide Piſidiæ, §. oportet igitur. ibi: *Gratis.* & in aliis ſequentibus conſtitutionibus, ac cæteris infrà allegandis
71 paribus: atque hinc ſimiliter intelligis æquè per tempora * multos in ambitionem adeò impudenter erupiſſe, vt indoctiſſimi, ac vel ex hoc vno improbiſſimi ferè ſub haſta Magiſtratus, Honores, ac Dignitates emere non erubuerint; quorum mores, & vota audi quemadmodum deſcribat in Paſtorali, cap. 1. Gregorius; dum inquit: *Sed ſunt nonnulli, qui intra Sanctam Eccleſiam pro ſpetie regiminis gloriam affectant honoris; videri Doctores appetunt, tranſcendere cœteros concupiſcunt; atque atteſtante veritate, primas ſalutationes in foro, primos in cœnis recubitus; primas in conuentibus cathedras quærunt; qui ſuſceptum curæ doctoralis officium miniſtrare dignè tanto magis nequeunt; quanto ad humilitatis magiſterium ex ſola elatio-*

ne

ne perueniunt. Subdas Tu deportationis, vel quadrupli, aliasq́; plures pænas minime, temerarij expaueſcentes, vt meritò ad præfati ſceleris expiationem pluries principum ſanam deliberationem
72 oportuerit excitari; ac ꝓ inde vltra prçcalendatas ſanctiones * audi aliam Theodoſij principis conſtitutionem, de qua in l. fin. C. ad legẽ Iuliam repetund. dum inquit. *Sancimus eiuſmodi viros ad regendas prouintias accedere; qui ad honoris inſignia non ambitione, vel prætio, ſed probitate vitæ, & amplitudinis tuæ ſolent teſtimonio promoueri*.
73 Quò vero ad rem reuocemur: * ex officiorum venditione innumeris malis euidens aditus aperitur, & primo Regnantium exprobatũ Dedecus offendes; cum in ordinati Magiſtratus perſona, ex hoc admiſſo ſceleratiſſima effecta, ordinantis illa ſceleratiſſimè repreſentetur, vt in cap. tantis Daniel 81. diſtinctio: Prætereà in ordinatis ipſis delictorum abiſſus cogitare affertur, interque præcellẽs emiſſi lucri micat ambitio; cùm negari non poſſit eo modo pro cõſequendis adminiſtrationibus agentes, lucri cupidos, ac pecuniæ amatores effici, improbiſſimos indè, ac propemodum declinandos:
74 Platone teſte dialogo 8. de Republica * cuius Rei, tanteq́; eorum voraginis rationem apertiſſimè ſummi regiminis Princeps Iuſtinianus in ſua vulgata conſtitutione, vt præſides complexus eſt, dum inquit. *An verò omnibus manifeſtum non eſt: quòd qui aurum dat; quique eo modò officium redimit; non hoc tantùm dat; quòd prætextu, vt appellant, ſuffragiorum excogitatum eſt; ſed etiam aliud extrinſecus multò amplius accumulãt, vt prius ab his gratiam ineat; qui vel conferre officium, vel ambire ſolent, & ſic vno abſurdo principio admiſſo multas deinde manus obeat, neceſſe eſt, qui ſemel largiri cepit; & quicquid id auri eſt, non de ſuo forte prebeat. Sed mutuo ſumptum; & vt mutuũ accipere poſſit damno obnoxius, Secumque ratiocinetur quod conueniens ſit tantùm ex prouintia recipere; quantum vel ad diſſoluendum æs alienum ſuum tàm in ſorte, quàm vſuris; quàm etiam damno, quòd vt mutuum acciperet, ſuſtinuit;* quem contextum vlterius Bonus iudex lectitare poterit, nam & maiora ex præmiſſis mala proſequitur; quæ faſſit omnipotens; vt ab hodiernis Magiſtratibus ſint aliena, & in ſumma, vt officio: lib. 2. Cicero enuntiauit: *Male ſe Res habet, cum quòd virtute effici debet, id tentatur pecunia*. Min. peſſimè quidem cũ nec ea occaſione delinquendo in populis depredandis, eiſdem dicta cauſa, emendationem prebeant, ablatumq́; quod eſt, iure refundãt.
75 Imb.* attende præterea in hac ipſa Re Alexandri Seueri, nunquàm ſatis laudati principis ſententiam, de qua apud Lampridium; dum ſenſit; venales Magiſtratus habere non licere, nam ſi venales pate-

retur; caſtigare illos non poſſet; ex quo incongrueret punire hominem, qui emit, & vendit. quod ſi ita fieret; quæ eſſet in Republica, non dicam, ſalus, ſed ſalutis ſpes aliqua? proinde officia emere, & vendere grauiſſimum ſcelus reputatur: ad quod accedat, quod dicitur in dicta Regni conſtitutione Magiſtri camerarij; ibi. *Indignum namque fore decernimus, vt ſacratiſſimum quiſquàm iuſtitiæ*
75 *exercitium pretij venalitate mercetur:* * Vnde cum ſacratiſſimum iuſtitiæ exercitiũ offeratur, illud pretio coinquinare; maximo nõ vtiq;
77 ſcelere vacare intelligimus, * cumque præterea in eo qui verſaturi ſunt, tùm ſacerdotes, tùm Antiſtites, & Epiſcopi, viriq́ue religioſiſſimi prædicentur l. prima vulgata ff. de iuſtit. & iure, & in l. 1. C. de decretis decurio. lib. 10. ac Deniq; iuſtitia ipſa, ad q̃ omnia referun-
78 tur, ipſemet Deus ſit, vt ſupra latius commonuimus, * quicquid tamen ſit, vbi mere temporales adminiſtrationes præfate eſſe intelliguntur, tamquàm ex nulla ſpirituali Re deſcendentes: aut radicate, ex huiuſmodi, quamuis ſceleratiſſima contrectatione, ſimoniæ crimen non inducunt, ex optimè concluſis per Syluestrinam in verbo Simonia in §. 12. parte 7. & in §. 13. parte item 7. & §. 14. parte 4. quã circa prædicta omnino adire procures, legereq́ue non negligas, ac cetera per Doctores notata in allegatis cap. 1. 2. & 3. ne prælati vices ſuas: at quamuis extra eam labem ſint, non tamen alijs peſſimis, atque mortiferis vacant; qui hæc ipſa proſequuntur; vt vix me valeam continere; quin dicam: *Ve principibus illis, per quos talia con-*
79 *tinget attentari.* * Namq; eorum non erit Regnum, neque Reſpublica; ſed potius infernalis, ſentaq́ue ſitu Regio; in qua non niſi vultrices curæ, luctuſq́ue cubilia fouent; vt ad Virgilianum tartarum hæc ipſa tractantes prouocemus, & nos irrefragabili Dei iuditio accedentes, piè quamuis. Min. Sed quid de his dicendum erit; qui nõ pretio: ſed potentiorum aliquorum precibus tales adminiſtratio-
80 nes inuadunt? Imb. * vti earum emptionem reprobatam intellexiſti; ita, & earundem precibus factam communicationem improbatam aſſequi poteris; vt in cap. Moyſes 8. quæſt. 1. & cap. illud eadem cauſa, & quæſt. & faciunt iura in cap. ordinationes, & in cap. ſunt nonnulli prima quæſt. 1. Min. at retenta nunc illa ſententia, quod in his pecunia obtentis crimen ſimoniæ, inſit. num ſi precibus obtinerentur: idem crimen obijci valeret? Imb. in hac ipſa Re ea patrum ſententia induci poteſt: vt concludamus: quod ſi pro indigno fuſæ illæ ſint; ſimoniæ vitium inſurgat; vt in allegato cap. Moyſes; vbi vero pro habili, & digno, non item, vt in dicto cap. ſunt nonnulli, & in alijs per Gloſam in præcitato cap. Moyſes allegatis in verbo *Rogauerit.*

Digitized by Google

81 *gauerit*. Illud tamen in hac eadem Re intermiſſum nolo, * quod hoc noſtro pragmaticarum, & Regni iure preces omnimodò prohibentur, etiam ſi pro habilibus, & digniſſimis fundantur, imò vlterius diſpoſitum eſt; quod vbi pro habilibus eas adhiberi contingerit: inhabiles ex hoc intelligantur, ac proinde perpetuò ad adminiſtrationes obtinendas eis præcludatur acceſſus, vt patet in pragmatica
82 tertia allegato ſupra titulo; * quòd ipſum apud chinenſes Indos diſpoſitum ſeruari memoratur in itinerario; quòd circumfertur,
83 cap. 13. verum redeundo ad Rem; equiperationis iam dictæ * ratio ea eſt; quia videlicet preces, & pretium æquiperantur; illiusque loco ſuccedunt; vt in dicto cap. Sunt nonnulli: atque hinc eſt; quòd illud vulgo fertur. *Emere malo, quam rogare; quia nequaquam gratis acci-*
84 *pitur, quod precibus emitur*, * & maxime ſi alicuius ſuperioris ille efferantur, cuius preces armatæ dicuntur, ex quo tam potenter in principum Regnantium animos proſiliunt, vt omnem legitimum rationis curſum intercipiant, ac perdant, vt per Gloſſam in l. prima verſic. quemadmodũ ff. quod iuſſu; At hoc ipſum nequaquàm procedere intelligẽdum eſt in per illuſtribus Dominis à latere Regiam Cancellariã Regentibus Conſiliarijs; quibus certũ eſt pro eorũ munere exſoluendo, vt diximus, licere de creandorum Magiſtratuum approbatione apud per tempora Regnãtes principes verba facere,
85 * cum ad principale Regni huius Regimen illuminandum, vti maiora Aſtra ſummoniti deprehendantur: vt præterea cætera conſultò ſileam, ne tàm vaſtam hiſce inconcinnis verbis eorum Maieſtatem videar deterere; & facit optimè textus pro reſtrictione præfata in allegata l. fin. C. ad leg. Iuli. repetunda: ibi. *Amplitudinis tua ſolet teſtimonio promoueri*. vnde, vt ad id redeam, quò intentio trahitur;
86 * qui officia huiuſmodi pecunia redimunt, omnia mala agere præſumuntur; vt teſtatur Raudenſis in tracta. de Analogis cap. 31. num. 35. quippè cum malo admiſſo principio non niſi peſſimam per eos protendendam fore adminiſtrationem, prodeat argumentum ex l. quæ omnia ff. de procurato. & apertè magis ex cap. principatus prima quæſt. 1 dum ibi dicitur. *Difficile eſt, vt bono pergantur exitu, quæ*
87 *malo ſunt incboata principio*. * Hinc non iudicum nomine decorati, ſed furum, atq; latronum notati ad adminiſtrationes accedere exiſtimandi ſunt; vt meritò emolumenta, ac conſtituta ſalaria ſua non faciant, ſed pro eis omnibus furti accuſatione moleſtari valeant, vt probatur in dicto auth. vt iudices in §. cæterum in principio, legendo tamen dictæ conſtitutionis verba, iuxta Holoandri verſionem, &
88 in vulgato cap. ordinationes, ac non immeritò quidem, * cum vlte-

E 2 rius

rius fidem labefactent, pacem deſtruant; derideant leges;& in ſumma Regnorum euerſionem inducant l. graue C. vt null. ex Vica. pro alie. Vica. lib. 11.cap.1. de ſentent. excommunic. in 6. l. autem C. de hereticis, & in l. metum §. animaduertendum ff. quod metus cauſa cum alijs ſimilibus allegatis per Ferrettum dicto tracta. de inſtaurata milit. in cap. de legali militia num. 38. certùm etenim, & indubitatum eſt, illos paſſum damnum emendare velle, & ſuperlucrari; quæ tractanda per eos iuditia ſunt, licitando; eiuſmodique cætera turpi quæſtui habendo; quod aliàs improbatiſſimum enun-
89 tiatum eſt, * Nam quamuis Aduocato licitum ſit iuſtum vendere patrocinium; & iuſtum Iuriſconſulto Conſilium,intelligendo tamẽ vbi à publico eis ſalarium non tribuitur; iuxta deducta per Lucam
90 de Penna in l. 2. C. de proxim. Sacro. Scrinio.lib.12. num. 15.* non tamen item permiſſum magiſtratui legere eſt, iuſtum venundare iu-
91 ditium vt in cap. non licet ij, quæſt. 3. * imò ex quo Aduocatorum plerique venalem linguam habent, non ſine magna inquiſitione ad iudicandi munus protrahendi ſunt; cum ex hoc ipſo facilè ſeruile venaleq́; pariter iuditium affectare poſſent; iuxta palladis Græci poetæ Epigramma; quòd in Latinum verſum Teſſaurus in hoc themа in præfat. allegata deciſionum refert num.26.

Officium quæ ſerua fuit, ne ſumat berile
Hoc vetus eſt, aliud nunc Tibi dico nouum
Quisquis cauſidicus fuit, is haud iudicet vnquam
Rethore ſit quamuis Doctior Iſocrate,
Venali vir lingua, & cauſis ſeruire ſuetus
Iuditium libero vix feret arbitrio.

Et facit textus in l. fina. C. de aſſeſſorib. in fine. Min. ò quam ex corde iſtud placuit, bonorum pace dictum ſit. Imb. optimè dixiſti; cum, & multi nobis Aduocati innotuerint; qui pluſquam iudicãtes, in omnibus veritatem; ne dum laudabiliter; ſed,& cũ totius Regni
92 applauſu proſequuti ſunt, * inter quos liceat Maximum illum Fabiũ commemorare. *Iuris Aſylum, veritatis Cuſtodem acerrimum; Ciuiliſque Togæ virum omni ſeculo excellentiorem; Campanorum indeficientem protectorem, ſydus, ac totius Regni ſpeculum,* cuius fæliciſſi-
93 mam animam in præſenti in cælis conditam, firmiter credo.* Quid memorem præterea Gallum, Fæniceum, ac de Aponte Iuris ſtrenuos Aduocatos, Alioſque inſignes? qui omnes veritatis intrepidi profeſſores ad ſupremos Magiſtratus ex certa Regis ſcientia, cõuocari meruerunt; inter quos præfatus de Aponte Dominus iam ſuperſtes Hiſpanicis in oris ſplendidiſſimus longè vbique, ſuis meritis, nunc

emicat,

emicat, refulgetque, at non plura; cum in tanta ſuorum copia, meritorum, mei vitio non detur vltra progredi; ne frigidè laudando, eorum præcellentem famam comminuam; ac lucem indicando; ſtultitiæ coarguar. Min. placida iſthac tua digreſſione plurimum in præmiſſis commotum animum ſedaſti; nunc verò ad illa redeundo, dic Imbriane; ſi prætio, aut precibus ad adminiſtrationes accedere, eſt iure vetitum; num illæ muneribus aliquibus datis, aut ex-
94 promiſſis obtineri licitè poterunt? Imb. * hoc ipſum non minus, ac præcedens omni tempore improbatum aſſequere; Nam vti ad malum ſimpliciter ordinatum; ad bonum aliquod perficiendum pro-
95 deſſe nunquam valuit, * cùm quæ dicis munera pecuniæ æquipolleant; ex quo pecuniæ nomine omnia venire intelliguntur; quorum ille extimationem metiri poſſunt, vt per Philoſophum ethico: Nicomach. 4. cap. 1. & quidem communi, & veteri iure id ſatis exploratum habes in vulgata l. fin. C. ad l. Iuliam repetund. in dicto auth. vt præſides absque vlla datio. in verſic. quapropter, & in §. ad eum itaque modum in auth. de iudic. & in cap. Sancimus 1. quæſt. 7. Regiarum verò huius Regni Sanctionum iure illud idem intermiſſum non eſt, vt patet in Pragmatica 4. infra de official. ad par. inſt. vel per pecun. non creand. & in allegata Pragmatica 2. in vulgato §. igitur ſacrum; dum ibi dicitur. *Aſſequendo pecuniam, vel rem æquipollentem*, vt latus videre eſt in cap. Regni incip. Item recipiant Sacramentum; de quo Sacramento communi antea iure præſtando in dicta l. fin. cautum memoratur, & in auth. iuſiurandum, quòd præſtatur ab ijs; cęteriſque paribus Min. at ſi tàm peſſimum exercendarum adminiſtrationũ initium proſcribemus: num eo caſu ſaltim
96 à ſponte dantibus valeant aliquid iudicantes accipere? Imb.* quòd ſubindè de munerum perceptione proponis, ea non æquè per tempora improbata legitur; illud tamen veriſſimum eſt; quod quanto magis proxima vel vſque noſtra præcalendamus; tanto magis illorum perceptionem prohibitam intelligere offertur, quaſi quod tempeſtate hac noſtra proſtituta, deprauata; & quæſtuaria magis omnia ceſſerint, ſed primò de pecuniæ acceptione diſſeramus; quàm notare plurimum iudicantium auariſſimum animum, non paucis notis anteà fuimus proſequuti; & primò Catellianum in ſuis Memoralibus adeas in verbo Iudicibus; vbi quoad hanc ipſam rem plures caſus decidere legitur, alios iudicantes ipſos, alios verò litigatores
97 reſpicientes, * & quoad iudices ſpectat, licere eiſdem pecunias, vbi dubium adſit pro librorum reuolutione ad illius dilucidationẽ contendit accipere; dummodò publicè in Notarij ac Teſtium præſentia

illas

illas capiant; atque ita intelligenda iura affirmat in l. 1. C. de pœna Iudicis, qui malè iudic. in l. 2. §. 1. ff. de condict. ob turp. cauſam, & in l. venales C. quando prouoca. non eſt neceſſe; habetur per Socinum in libro Fallentia. in verbo Barattaria; vbi hoc, quòd dictum eſt, in ea pecunia obtinere intelligit; quàm pro ſuo iuſto ſalario conſequi ſtudet, vt videre liquet, & inferius dicetur latius; quare vbi librorum apertura, ac reuolutio nequaquàm exigitur, ne dum ſecretè, ſed etiam publice ab eiuſmodi preceptione abſtinendum putat; per Gloſæ Doctrinam in vulgato cap. non licèt ij. quæſt. 3. at ne nos
98 extrà metam vagari videamur; * ad Afflictum Regni iuris lumen latè in hoc diſtinguentem decurramus; qui in Regni conſtitutio. incip. Capitaneorum ſub tit. de officio capitan. in vltima col. ſic loquitur; quod aut quis iudicanti intendit largiri pecuniam ob iuris ſui retentionem; ſeu redemptionem; aut cauſæ aliàs vertentis expeditionem, & hoc caſu communi quoque inſpecto iure, illam ſibi non licèt accipere, vt in l. vtputa §. fin. ff. de condict. ob turp. cauſam, & in l. quæ explicandi C. de accuſa. Regni verò iure habes in dicta conſtit. Capitaneorum, & in conſtitut. Corruptele, aut ſecundo quis illam elargiri ad iudicis corruptionem properat; & tunc, ne dùm non licèt, ſed huiuſmodi nefas attentans pæna corrupti iudicis conſtringitur; de qua in allegatis iuribus; Aut conſequenter pro laborum remuneratione, vt ſupra ex Catelliano fuimus proſequuti, & tunc diſtinguere rurſus offertur, quòd aut in ordinario hoc ipſum
99 exigimus terminandum, aut in Delegato, * Quoad primum: ordinarius vbi à Rege, publicouè ſalarium habet, eo contentus amplius vltra efflagitare non poteſt; quod ſi quid præter illud habere ſtudeat, atque recipiat, ad eius reſtitutionem omnimodò ſe putet aſtringi; iuxta plura deducta per Couarruuius in Regula peccatum in 2. parte relectionis §. 3. num. 1. & habetur in cap. 1. ne prælati vices ſuas; atque, quod magis eſt, eius occaſione, ne dùm in adminiſtratione: ſed etiam poſt, iudicans moleſtari poteſt, vt in cap. iubemus 1 quæſt. 1. illud tamen verum eſt, quòd ſi is poſt ſententiam, nulla ad hoc opera ordinata illam ſibi ſumpſiſſet oblatam; non poſſet, quòd dicitur, Barattariæ crimine irretiri, & moleſtari; iuxta deducta per Raudenſem in ſuo tracta. de Analogis allegato cap. 31.
100 num. 35. * Non enim pro Iuſtitiæ munere pecunia accipienda eſt; cum prætium in ſe ipſa ſit; quod illam facienti retribuat, vnde illud apud Ciceronem de legibus primo, dicitur. *Iniquiſſimum quoq; eſt, iuſtitiæ mercedem quærere:* Vitandum ergo quam maximè pecunio-
101 ſum iuditium intelligis, * cum adeò improbatum ſit vt à principio nul-

nullum exiſtimetur, vt dicitur in §. venales 2. quæſt. 6. & habetur plenè per gloſſam in allegato cap. quatuor ij. quæſt. 3. quid enim deteſtabilius excogitari poteſt; quàm alienum iurgium continuò quem ſibi in prædam comparare? vt dicitur in l. omnes C. ad leg. Iuli. repetund. qua lege teneri eam extorquentem clarè patet in l. lege
102 Iulia ff. eod. * Audi rurſus, nullum quidem, etiam ſi iuri conſonum, & iuſtiſſimum illud eſſet, vt optimè colligitur ex textu in allegato
103 cap. qui rectè iudicat 11. quæſt. 3. dum ibi dicitur. *Qui rectè iudicat, ac præmium indè remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat; quia iuſtitiam; quàm gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit; bonis malè vtuntur, qui iuſtè pro temporali lucro iudicant. Tales quippè ad veritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij prouocat; quibus ſi ſpes nummi detrahitur, confeſtim à iuſtitiæ defenſione recedunt*; pondera ibi. fraudem perpetrat; Nam in alterius commodũ bonum operaturus, illi, proprium, ipſe, damnabiliter præfert; pon-
104 dera præterea ibi. * *Bonis malè vtuntur, quia videlicet ſine virtutis amore*, id peragunt, & ſic omni abſciſſa in proximum charitate; quare tinniens cimbalum exiſtimantur, vllum ſibi bonum
105 fructum vindicantes; * non ſecus, ac ille; qui in choro quidem exiſtens Pſalmos; aliaque, quæ officiorum Diuinorum ſunt; voce modulatur, corde autem longè ab eis eſt; eiſdem terrena ex propria induſtria, & electione ſubſtituens, atque præmeditans, vt in cap. ſedulo circa medium 38. diſtinctio: & in cap. cantantes 92. diſtinct. quem diſtributiones ſuas non facere, ex Decreto Sacro ſanctæ Tridentinæ Synodus ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. creditur expeditum, & in ſumma; ad Rem redeundo, vt ibidem dicitur. *Acceptio nummorum, vel munerum præuaricatio veritatis eſt.* Min. quid verò in Delegato receptum ſit, circa præmiſſa, pro voto afferre, neceſſes.
106 Imb. * Delegatus verò, pro locorum conſuetudine ſibi decretis ſportulis gaudere debet, vt in §. ne autem labor in auth. de iudicibus, & in auth. de manda. princip. in §. aliud, cùm cæteris paribus
107 per Afflictum allegato loco citatis; * vbi quid in Delegato à Summo Pontifice obtineat; pro coronidè ſubicit. Min. poſtquam pecuniarum acceptionem ab ea, quæ munerum eſt, ſeiunxiſti, gradatim eius quoque per tempora auctam prohibitionem ſubnectas, vt inter hos noſtri temporis Magiſtratus, & veteres innumeros facile mihi iudicium cedat; cum illud iam diu ſuaſum ſit; malum, quòd patrant homines ex patrationis frequentia puniri, ac coerceri magis: Imb. faciam quòd vis; dummodo Horatiani illius Cryſpini ſotium me nequaquàm facias: aut credas; ac proindè à vetuſto magis digeſto-

rum

108 rum iure exordiendo: * eo nec omnia, nec paſſim; nec ab omnibus Magiſtratus xenia recipere, vel non recipere poterant; vt in l. ſolet §. non vero ff. de offic. proconſulis. Min. quid hæc protendunt Enig-
109 mata, * quid item xenia? quæ non aliud, quàm Hoſpitibus dona dari ſolita circumſcribere hucuſque noui? Imb. ab hoc poſtremò incipiendo: xenia, & ſi hoſpitibus, quæ exhibentur dona proprie ſignificent; in iure tamen, quæ Iudicibus munuſcula præſtari ſolent, illa figurant; vt in dicto §. non verò, atque ratione eadem ſic pariter pro laborum genere multiplici, multiplices eorum mercedes peculiaribus nominibus deſcriptas prælegenti tibi obuiam habebis; & vt
110 aliqua tranſeuntes referamus; * quæ Medicis dantur præmia ſoteria dicta ſunt; Quæ præceptoribus. Didactra; ſeu Didaſcalia, vel Minerualia; Quæ Artificibus Ephichera; Quæ Delegatis, ſportule, vt ſupra; quodue præterea Iuriſconſultis offertur; Honorariũ; Quòd Aduocatis, palmarium; Quòd Militibus, ſtipendium; Quòd exercitui, aut principi Donatiuum; Quòd Plebi congiarium; quòd Nutricibus, Nutricium, Quòd Nautis, Naulum; Quòd præconi, præconiũ. Quòd commentarienſi, Carciaticum; Seu carceraticum; vt in l. fin. ff. de bonis damnato: ſicque paſſim, & in pluribus alijs; de quibus pleniſſimè apud Alciatum in l. inter Donum ff. de verbo. & rerum ſignificat. Quantum verò ad enigmata, quæ dixiſti, ea perbelle declarantur ex textu in dicto §. non verò; Namq; quoad primum: om-
111 nia accipere auariſſimum exiſtimatum eſt, * ac proindè per annum non plus acceptari poſſe extitit definitum, quàm quòd intra ducatorum centum ſummam ſit; vt in l. eadem lege ff. ad leg. Iuliam repetund. dum ibi dicitur. Nec plus doni, muneriſque in anno *Magiſtratus accipiant, quàm quod ſit aureorum centum*. Dictum verò eſt, paſſim accipienda non eſſe; quia viliſſimum cognitum eſt: nam ſi aliquid accipiendum ſuadetur, id ex aliqno præcedentis amicitiæ, aut obſeruationis actu, ſubſtinẽdum eſt; vnde ex incognitis nequaquàm capi aliquid pro dignitate poſſe, ſanè intelligis; quippè cum dantes alio; quàm affectione moueri intelligantur; ac ipſimet capientes nõ largitorum attendant beneuolentiam, ſed corruptricem voluntatẽ liquidè intueantur; Denique non quidem ab omnibus abſtinere de-
112 bent, * ex quo à familiaribus, vt dictum eſt; atque coniunctis ipſis aliquid obſeruationis plenum non accipere inhumanum ſpectatum eſt, vt habes in l. lex Iulia, & in l. ſequenti ff. ad leg. Iuliam repetund.
113 & in vulgato §. non verò. * Rurſus in horum prohibitione inualuit amplius communis iuris, quòd aiunt, Authenticorum ius, vt quo omnis munerum fuerit acceptio reprobata: vt in auth. conſtitutio: ſcriptum

114 ſcriptum exemplar; illud tamen non omittam; * Bartolum in d.l. lex iulia. §.apparet, ex Gulielmi intentione, à prohibitione præfata exculenta, & poculenta excipere; vt per eum, & Angelum in l.
115 datur. ff. præallegato titulo. * Quæ ſententia in Regni huius Capitulis benè recepta legitur, vt patet in cap. Regis Caroli Secundi incip. Item nullus Iuſtitiarius, fol. mihi 333. & in cap. Regis Caroli Primi incip. Hac ædictali lege; dum in eis expreſſim dicitur. *Quod nullus officialis munera, vel xenia, ſeu dona qualibet quouis modo recipere audeat, exceptis exculentis, & poculentis, prout eſt à iure*
116 *permiſſum; ſed eorum ſint contenti ſalario.* * Quod idem, & Canonum iure receptum eſſe videtur, dum tamen talia ea ſunt, quæ veriſimiliter iudicantis animum non valeant immutare arg. text. in cap. Si quæſtiones de ſimonia, & habes in gloſa in vulgato cap. nō
117 licet 11. quæſt. 3. Min.* Cedo quæ exculenta, & poculēta iſta intelligenda erunt? Imb. quæcunq; exui, ac potui ſubici rectè poſſunt; quippè cum à potu poculenta, & ab exu exculenta eorum vocabulorum vi attenta, liquidò deſcendant, dummodo in præſenti caſu eius ſint quantitatis, quæ paucis diebus, vtputa duobus ad ſummū, conſumi queant: nam tunc non poſſe illa, ſtabilem, alioquin, iudicantis animum commutare, à rectique ſede retrahere, interpretatum eſt. dicto cap. ſi quæſtiones; & habes per Afflictum in dicta conſtitutio: Capitaneorum num. 30. & in conſtitutio: incip. apud
118 iuſtitiarios, * intelligendo tamen vlterius, quod & ſi minima quidem exculenta præfata, & poculenta ſint, non tamen in pecunia iudicibus offerri poterunt, qua ea parari poſſe, certum eſt; ex quo ſordidiſſimum cederet; iuxta plenè diſcuſſa per Andream in Regni Conſtitut. incip. Litigator ſub titulo de pæna illorum, qui iudices corrumpunt. Min. Quid tandem in his, ex nouiſſimis Pragmaticis ſanctionibus ſtatutū referemus? Imb. Non minus certè illis in præ
119 dictis certatum deprehendimus, * ac primo quidem per Regem Ferdinandū in Pragmatica cum multa infra de muneribus official. dum in ea ſancitū extitit; officiales aliud nihil præter taxatas prouiſiones, & ſalaria recipere debere ſub pæna ſuſpenſionis, & priuationis officij, ipſo facto incurrenda. Item alia vntiarum quinquaginta, atq; vntiarum centum alia vniuerſitatibus, alijſq; priuatis, quos; qua ſue eiuſmodi donationes emiſiſſe conſtiterit, imminente; Quæ omnes ordinationes, quia paratis fraudibus debito effectu deſtitute, nō ſinè populorum pernitie frigere deprehenſe eſſent,
120 * Conſultiſſimi Caroli Quinti Principis accurata prouiſione fuit diſtrictius ordinatum, quòd videlicet officiales, ne dum per ſe mu-

nera recipere nõ valeant; ſed nec per modo quolibet eis ſubiectam interpoſitam perſonam: etiam quod rerum commeſtibilium illa ſint; ſiue magni, ſiue parui vlterius illa momenti eſſe efferantur, & hoc ſub pæna reſtitutionis rei donate in duplum, atque ſuſpenſionis officij pro prima vice, qua contrafecerint, ſecunda verò eiuſdem priuationis in vniuerſum, ac iure quidem illud admiſſum vi-
121 dere eſt * Nam præfata munerum acceptio prohibita nõ factum ip-
122 ſum, & ſic receptionis actum reſpicit, atq; damnat, * quo caſu per alios negotia expediri poſſe pronuntiatum eſt, ſecundum quod intelligenda eſſe iura in l. prima, §. ſi quis igitur. ff. de verb. obligat. l. quicunque C. de procurato. & in l. antiſtius. §. fin. ff. de acqu. hæredit. habetur per Iaſonem in l. prima. C. de edendo, & cum, & ibidem Nouiſſimi plures idem cenſuerunt; ſed bene vitandum eius effectum; cuius intuitu contraria, & quæ iam proximè ex principali diſpoſitione memorata ſententia eſt, conſideranda occurrit; vt nec per alios quid admitti fieri, aut præſtari valeat; iuxta quod alia erunt iura intelligenda in l. non licet ff. de contrahenda emptio. &
123 in l. principalibus ff. ſi certum petatur. * in quibus, Magiſtratibus ipſis, etiam per interpoſitas perſonas protrahendũ mercaturæ exercitium prohibetur; ne ſcandalum, aut damnum aliquod, eorum præeunte reſpectu prouincialibus inferatur; quæ omnia in re, de qua agimus faciliter obtinere poſſe, ex prædictis clariſſimè intel-
124 ligimus; * cum ea animi intentione, quæ diximus, munera erogentur; vt in ſeipſos, eorumq; voluntates erogantes ipſi iudicum animos pertrahant, atq; concilient, quibus pariter omnibus perpenſis, illud Dialogo quarto de legibus Platoni adriſit, vt dixerit, *munera accipere, neque bonum verum decet; qualis iudicans quiſquis eſſe debet; neque Deum;* quippe, cum illa ſitientes ſcelerati hominis ſubeant argumentum. Min. Cedo nunc quomodo hæc ipſa aduerſus eos obtinebunt? cum rarò, imò nunquam huiuſmodi de-
125 licta comprobari facilè, occurrat. Imb. neq; hoc deſperes; * Non enim eſt ſupra principum cogitationes præſtantior cogitatio; cum à Deo O.M. iuditium ſanè mentis ipſi continuò nanciſcātur; iuxta illud. *Deus iuditium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam da filio Regis:* vnde in eadem ſanctione iam præcepta probationum difficultate
126 præuiſa * expoſita delicta etiam per ſingulares teſtes comprobari poſſe; dum tamen, & probatæ opinionis, & numeri ibidem deſi-
127 gnati ſint, conſtitutum eſt; * non ſecus, ac in iuriſdictione compro-
128 banda, & probandaq; protugorum receptatione, * atque peſtifera vſurarum prauitate, prouiſum eſt; Namque ex actuum diuerſi-
tate

ſtate ad idem in genere demonſtrandum vergentium, clariſſimè de magiſtratuum pernitioſiſſimo animo liquere creditur, & ſic conſequenter nefaria vſurariorū prauitate, itemq; iuriſdictione, & ſimilibus exaudiendū eſt, vt in Prag. 1. infra de vſurarijs, in Prag. item prima infra de perſequendis malefacto: in fine; & habes plenè per Bald. in cōſ. 514. nu. 3. & 5. vol. 5. Minſingerium in obſeruat. camerali 20. & 100. centuria 2. Crauettam in tract. de antiquit. tempo. parte 4. in Sectione incip. ſed enim nu. 14. Dominum de Franchis in deciſio. 56. ſub num. 20. & ſequenti, & in deciſio. 105. incip. in cauſa; Mandellum Albenſem in ſuo conſilio 25. incip. & quamuis, & conſilio 72. num. 15. & Dominum Ozaſc. in deciſio. Pedemonta. 72. nu. 1. & 3. Min. Optimè, in omnibus proſpectum iam aſſequutus ſum; vno tamen omnia peruerti facilè poſſe, doleo; Nam quò eorum voraginem; qui eiuſmodi eſſe ſatagunt; turpiter occultent; pro capeſcendis pecunijs, muneribuſq; pecuniarum aliquot quantitates per tempora mutuò accipere poſſent, & ſic præfatam munerum velare perceptionem. Imb. Neq; hoc, quod tibi poſtremò mo-
129 leſtum eſſe dicis, intermiſſum credas; * Nam, & ſub eiſdem præcalendatis pænis officialibus iniunctum videre eſt; ne modò quouis à litigantibus coram eis, vel in eorum Tribunalibus mutuo pecuniam accipiant, vt patet in Pragmatica 3. & 4. allegato ſupra titu-
130 lo; * Nàm hoc modò mutuans ſatis certè, vt dixiſti, corrumpere iudicantes præſumitur, vt per Baldum in l. quiſquis C. ſi cert. petat. quem refert; & ſequitur Paris in tracta. Syndicat. in verbo corruptio cap. 3. nu. 1. eaque eo nititur præſumptio, quod dicitur inter-
131 dum; * mutuantem ipſum mutuo accipientis Dominum quodammodo fieri; vt ſi is Magiſtratus ſit; qui accipiat, facilè in omnium præuaricatorem, ſeruilem, inquam, Timorem perducatur, & conſequenter à iuſtitiæ rectis tramitibus ad deuiandum; iuxta illud prouerbio. cap. 22. *Diues pauperibus imperat, & qui accipit mutuum*
132 *ſeruus eſt fænerantis*; atq; Senecæ aliud, dum dixit. * *Beneficiū accipere, nihil aliud eſt; quàm libertatem vendere*, & facit textus in l. 3. C. de nouatio. Min. Sunt ne àd hanc ipſam Rem alia referenda?
133 Imb. * Alia nouiſſima Pragmatica ſanctione diſtinctè magis etiam exculenta, & poculenta à litigantibus, vel de proximò litigaturis, eorum vxoribus, filijs, vel coniunctis capi prohibētur, ſaluo tamen, quod à non litigantibus, nec de proximò litigaturis Res parui momenti poſſint accipere. Min. Quæ ſi ipſa eſſe intelligemus? Imb.
134 Sanè ex eiuſdem contextu. * Volatilia fera; fructus, ac cætera his ſimilia ea eſſe recenſentur; ita tamen moderatè, quod dictum eſt;

F 2 intelli-

intelligendo, vt præmiſſa acceptio in vſum, aſſidua repetitione, non tranſeat, nam tunc, vt fertur, plura modica conflarent vnum ſatis; quod ad iudiciorum peruerſionem plurimum conducere; iure affirmari poſſet. Min. Sed quæ adhuc volatilia iſthæc fera, fructus, & alia affirmabimus? Imb. Perplexitas hæc in prædictis incidens facilè; Illuſtriſſimi Commẽdatoris maioris tunc Proregis alia Pragmatica ſanctione fugata eſt; quæ inter æditas per eũ ſeſto loco apud
135 me legitur. dum primo declaratum eſt, * quod volatilium appellatione non comprehendantur capones, qualicunq; hi nomine nuncupentur, neq; viui, neq; mortui. Min. Erit ne igitur excepta gal-
136 lina? Imb.*Quamuis gallinæ munus quid exiguum ſit, cum coincidat tamen; & ſic ſimilium appellatione valeat comprehendi, illam non excludemus, vt in auth. vt omnes obedia: iudicibus prouintia: in §. hæc conſiderantes ibi dum dicitur, *aut vt exiguum dicamus, do-*
137 *meſtica gallina*; cogitabis tamen.* Item quod fructuum appellatione non veniant fructus zaccaro conditi; ſed qui naturales ſunt, atq; hi nec ſanè ab omnibus capi poſſunt; at ab illis tantum qui eos in proprijs pomarijs colligunt; cum qui pretij erogatione largiri illos contendunt; ad capiendos magiſtratus id præſtare credendi
138 ſint. Item deniq; * quod appellatione rerum ſimilium, non comprehendantur zaccara, Res Aromatice, cera, vina, oleum, caſeum, & ſi quæ alia his ſimilia tibi occurrunt; quæ ad familiarum vſum ac ſuſtẽtationem ſuis in temporibus comparari, & per annum conſeruari ſolent. Min. indiſtinctè ergo à nemine magiſtratus accipere quid vetitum poſſe, affirmabimus. Imb. Non indiſtinctè, cum omnes præcalendate ordinationes reſtrictè eadem ſanctione fuerint vt nequaquam locum obtineant in ipſorum officialium conſanguineis, vt ſupra concluſimus; & habes per Afflictum in vulgata conſtitu. Capitaneorum col. vltima; cum in eius generis perſonis, quæ nimium recitata, expenſaq; eſt prohibitionis ratio ſilere, ac in to-
139 tum deficere aduertatur, * ex eo, quod re ipſa in eorum cauſis in-
140 teruenire, aut votare ipſi prohibiti ſunt, * etiam ſi in illis conſanguinei, vti Aduocati, atque Procuratores intercidant, vt in Pragmatica 9. in §. item ſtatuimus, quod nullus iudex maior, infra de offic. iudic. & alio. official. quod ipſum ſanctiſſimè diſpoſitum dijudicandum eſt, ad præcidendam omnem malorum iudiciorum ma-
141 chinationem, ac ſuſpictionem ipſam, * cum alias communis iuris interpretum frequentiori calculo ea recuſationis iuſta cauſa nequaquam fuerit comprobata, vt plenè habes per Albenſem in conſ.
142 92. incip. in priore articulo in principio; * ac deniq; eaſdem non

obti-

obtinere intelligendum eſt; inter ipſos met officiales; qui inter ſe ipſos res, quæ magni momenti non ſunt, ſibi inuicem donare non prohibentur, vt in dicta Pragmatica latius adnotatum legere eſt. & de principali materia habes in Pragmatica 17. incip. Item pari modo, infra de officio procuratoris Cæſaris. Min. ò quam miſera hodiernis temporibus magiſtratuũ conditio propterea exiſtimanda eſt; quippè cum illud non incognitum ſit, ſibi ipſis conſtituta ſalaria, nec domorum penſionibus, quæ maximè ſunt, & ſeruorum ſalarijs ſufficere perſoluendis. Imb. Verum dicis, ſed audi, quæ Lucas de Penna tradidit non indoctè in l. 2. C. de proximis ſacro
143 ſcrinio: lib. 12. nu. 15. in fine; vbi illud comprobare videtur,* quod quis de publico ſalariatus ſi ſit; ac ſalarium inſufficiens perſpiciatur iniuncto oneri cedere; ac periti facundie, & decori, addas tu, ac ſuſtentationi; quod poterit is vltra ſalarium quid accipere, quod neceſsitatem expugnet, at non paupertatem leuet, deducit ad hoc argumẽtum optimum ex l. apparitores in fine ff. de tritica: actione, & ex l. mæuia. §. fin. ff. de annuis legatis, cum ſimilibus, de quibus per eum, & hoc in foro conſcientiæ, ne aduerſus tam ſanctas conſtitutiones os adaperiamus l. diſceptare C. de crimine ſacrilegij. Min. ego verò ex tot, tantiſq; dictis, & exagitatis facili coniectura aſſequor, per paucos hoc æuo magiſtratus circumferri, qui ex rectitudine, & inclinatione, quam dixiſti, iuſtitiæ iudicent; cum tot, tantiſq; remedijs partim auariſſimos multorum animos coerceri, ac partim naturali ipſa habendi ſugeſtione imbecilles aliquos roborari oportuerit. Imb. Bene vetus hæc, vt habuiſti Regnantium
144 Principum extitit ſollicitudo; vt intelligas in hac ipſa re, * nec à veteribus nouiſsimos, nec à nouiſſimis veteres, comparatione pe-
145 tita initauè, longè diſcedere,* ad quod illud Iugurtæ apud Saluſtiũ in Romanos expendere poteris; qui per actis in Vrbe rebus: dum iter arrepturus extra Vrbem eſſet, contra muros oblatus Romanis obiecit Magiſtratibus, quod in ſuſcipiendis pecunijs, muneribuſq; nullum, non modo non ſeruarent modum; ſed nec, ab eis omni virtutis peregrinante delectu, haberẽt quidem aliquem, & quod prætere a tanta correptos voragine ſe oſtenderunt, vt facilè Romanam etiam Rempublicam, vbi æque potuiſſent, venalem habituri, & ex-
146 poſituri forent, quò quid peius, aut ſtolidius? Min. * Credo equidem munera ſectantibus peſſimam, & infeliciſſimam retribuendam portionem cedere, atq; ordine retroacto, eadem vitantibus opti-
147 mam, atq; fortunatiſſimam ceſſuram. Imb. Ita profectò eſt;* Nam præter quod allegatis pœnis aſtricti ſunt, ac cenſuris in ſpecie multis

tis alligati eccleſiaſtici Magiſtratus, vt patet ex literis editis, & publicatis per Gregorium Decimum tertium in anno 1574. die 8. menſis Nouembris referente Striaco in ſua praxi iudic. cap. vltimo, nu. 21. Dei adhuc tremẽdum iudicium expectare non dubitabunt; Cum maledicti ſint, vt Deuteronomij cap. 27. dum ibi dicitur. *Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animã innocentis*, ac eorum præterea, omnia, quæ taliter parta ſunt, igne veniant comburenda; licet abundent interdum tabernacula prædonum, iuxta illud Iob cap. 12. atq; eiuſdem aliud cap. 15. *Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt*. Sed de his hactenus, & valeant in æternum æternæ Principum præcalendatæ ſanctiones. Magiſtratuũ tamen corda, cogitationes, & greſſus ad rectos, inflexibileſue iuſtitiæ tramites dirigat omnipotens, quò principali authore in
148 populis ſubleuati ius ipſi dicere conſpiciuntur; * illud tamen excogitare magiſtratus peroptarem, adeo Diuino Principi munerum acceptionem moleſtam cedere, vt ob eam, inter cætera, ſubuertendam Hieroſolymam damnauerit, ſubuerſamque voluerit, vt dici-
149 tur in textu in cap. iudices prima quæſt. prima, * eos igitur propterea iuſtos Magiſtratus intelligemus; cui vulgato illo ſacri eloquij occurri poteſt; de quo apud Eſaiam cap. 33. & in textu in allegato cap. ſunt nonnulli prima quæſt. prima. *Qui diſcutit manus ſuas ab omni munere, hic in excelſis habitabit*, vnde feliciſſimam eius fortunam loco attingis, eidemque cum illo Dauidis obuiam ibis. *Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentiũ faciem Dei Iacob*, cum eius qui mundus eſt, rectum opus eſſe intelligatur, atque item alio, de quo prouerbio. cap. 15. dicitur. *Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam, qui autem odit munera viuet*; Iſque præterea præ ceteris commendandus, & collaudandus eſt; iuxta Ouidianum illud triſtium quinto Elegia ſexta.

Scilicet aduerſis probitas exercita rebus
Triſti materia tempore laudis habet
Si nihil infeſti durus vidiſſet Vlyſſes
Penelope felix, ſed ſine laude foret.

Min. Secundam in ordine nunc cauſam proſequere ſi placet, nam prima hac vice ſermonum, omnia, quæ ad propoſitum requiſitum tibi pertinere videbũtur, niſi moleſtum ſit; exaudire non pigebit. Imb. Voti compos loqueris: Tertia etenim die, ita agendo, ambo Dei clementia ab opere reſurgemus. Vnde ſecundo loco principaliter.
150* Timor à magiſtratibus vitandus eſt; cum adeò prauitate præcel-

lac

lat, vt non niſi infortunatiſſimos ſecum euentus trahat; iuxta Ouidij illud de ponto ſecundo, Elegia ſecunda.

Tuta petant alij fortuna miſerrima noſtra eſt.
Nam Timor euentus deterioris abeſt.

Facit etenim, vt ſæpiſſimè in potentiorum ſcopulos adacti frangantur; atq; in loco ſeruitutis, refugium ineſſe præſumant, ad quod confugiant; vt patet apud Ouidium ibidem; dum dicitur.

Accipit rem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos feſſa venire ſinus
Nec ſe vicino dubitat committere tecto
Quæ fugit infeſtos territa cerua canes.

Min. Miror, quod vitandum Timorem à Magiſtratibus ſenſeris; cum in præmiſſis viros timentes Deum eligendos enuntia-
151 ueris. Imb. * Timorem multifariam ſpargi depræhendes, ſi mecum
conſideres; Alius enim mundanus eſt; quo quis circa temporalia;
ne videlicet ea deperdat, capi ſolet; Alius humanus; quo quis, ne
ſuo in corpore offendatur, anxiè veretur, Alius ſeruilis; quò delictorum, quis conſcientia prouocatus legitimarum pœnarum formidine grauiter corripitur; Quibus omnibus principaliter iudiciũ ſubuerti, vt non ex iuſtitiæ inclinatione illud proferatur, euidentiſſimum eſt; atq; hunc multiplicem quidem ab eis vitandum, iux-
152 ta præmiſſum enuntiatum, exaudire poteris, * Alius verò ex parte
Timor eſt; *Qui initialis* dicitur in Domino; quò non tàm pœnæ formidine; quàm ipſius iuſtitiæ, ac Dei amore iniuſtum quis iudicium vitare ſtudet, atque iſte ille Timor eſſe exauditur, de quo in Pſalmo dictum eſt. *Initium ſapientiæ eſt timor Domini*, & Paralippo. c. 19.
Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite; & habes
153 in textu in cap. ſicut Seta 23. de pænitent. diſtinct. 2. * quo ſubſi-
ſtente cuiuſcunq; poteſtatis Magiſtratus efferantur, nec potentes perhorreſcent, iuxta eccleſiaſtici illud cap. 34. *Qui timet Dominum nil trepidabit, & non pauebit; quoniam ipſe eſt ſpes eius*; vnde eſt, quod pondus Timoris, anchora cordis credit, & facit optimè Salomonis illud. *Qui timet Deum, vt eius voluntatem in recto iudicio faciat, omnes homines mũdi contemnet*; ac præterea omnium actionum victoriam reportabunt, iuxta illud. *Timentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, atq; hi tantummodo ad iuſtitiæ Sacratiſſimũ miniſterium, tanquàm fortes, atque inelidibiles columnæ ſubleuandi ſunt; ob quod ipſum, illud eccleſiaſtici cap. 7. dictum puto. *Fili noli fieri iudex, niſi virtute valeas erumpere iniquitates, ne extimeſcas fa-*
154 *ciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.* * proindeq; ſata-

gant

gant principes in Magiſtratuum electione duos ſales perquirere; Alterum ſcientiæ, ſine quo imprudentia affecti ad timorem procliues non niſi peſſima ſpectarentur admittere; & conſcientiæ alterũ; ſine quo & præcedentem abeſſe, ex ratiocinatis, veriſſimum eſt; & in ſumma ſemotis ambobus; Diabolica, & inſipida eorũ mens dijudicanda eſſet, vt per Neuiza, lib. 5. ſuæ Syluæ nu. 90. & Raudenſem
155 in tracta. de Analogis cap. 38. nu. 11. * At vbi ſubſiſtunt, Sal Terræ, & mundi lux effecti, præponderante Dei Timore, atque ex parte altera, à iuris ipſa indubitata ſcientia recta iudiciorum procedente ratione, poterunt ad non extimeſcendum quam maximè perduci: Potentibus ergo anteſtare, atque reſiſtere Magiſtratus aduertant, ſi Dei largitoris gratiam, principum Beneuolentiam, ac populorum pænè diuinum illum applauſum attendendum, putant; illud certò ſcientes, quod ſi mundano, humano, ſeruiliq; timore ipſi corripientur, qualeſcunq; hi ſint, ruinam, Magiſtratus ſuſtinebunt, iuxta illud Prouerbio. cap. 20 *Qui timet hominem cito corruet*, idq; non ex alio; quam quod in vitæ diſſolutionibus aſſiduè iaceant; eiſdemq;
156 conclodantur. Sed ad quid plura? * infelix iudex, quem potentiorum timor corripit; nam fluctuabit ad mortem, non ſecus, ac nauis in maris medio ad ſcopulum impulſa, & peras vacuas, laceraſque aſportabit; ac Denique, quod ſupra cuncta maximum eſt; quodq; fari nollem, animam ipſam infernali geenne in æternum cruciandam ſotiabit. quod ſi per contrarium, gemmato, auroq; gloriæ contexto Dei Timore illo corripiētur; quò omnes ſine diſcrimine correptos peroptarem; ò quam tùm commiſſis populis, tùm ipſiſmet frugiferam, ac cunctis in Dei gloriam decantandam meſſem repor-
157 tabunt, * de pluribus ſiquidem eo perfuſi, geſtientes, atq; efferueſcentes certiorati; & primo de illo Prouerbio. cap. 28. quod ad omnia capeſcenda optimum aſſequentur intellectum, dum ibi dicitur. *Qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia*, & eccleſiaſtici cap. 15. *Qui timet Dominum, faciet bona*; deinde de illo Sapientiæ cap. 2. *Quod in paucis veſſati in multis benè diſponentur*. & facit texus in cap. qui iuſtus ij, quæſt. 3. Tertio, & poſtremo, cum Deum, vt parentem agnouerint, ac vt Dominum metuerint, nequaquam mortis tormentum perſer ticnt: illo pro coronide eis intimato, tãto magis, videlicet potētioribus reſiſtere omnes poſſe; quod aduerſus eorum machinationes legis ſe noſcunt habere vigorem; ac fauorem præterea tum Diuinæ, cum humanæ Maieſtatis; quę eis ſatis ad quemcunq; timorem propulſandum cedere debent, vt loquitur ipſemet Iuſtinianus in auth. de manda. Principum in §. iniuſta in

fine

fine. Min. Cedo nunc vti proſpectum erit ijs, qui huiuſmodi timo-
158 re prolatis iuditijs pergrauantur? Imb. * præfata quidem à principio nulla non cenſentur; timoroſę tamen prolationis exceptione propoſita; facilè ea irritantur; quod idem, & in iudicio amore, aut gratia prolato receptū eſt; vt à pecunioſo, quod ſupra definimus, ambo diſtinguātur; quod à primordio nullum exiſtere, plenè moſtratum eſt; & habes in allegato cap. venales, & cap. iniuſtum 11. quæſt. 3. & in dicto cap. quatuor in verbo Timore. Min. hæc de timore expendiſſe ſatis ſit, nunc vero de alijs, ſi placet, differere, ne cunteris. Imb. abſq; cuntatione aliqua inſtitutum proſequendo:
159 Tertio principaliter, * quicunq; iudicat ſuo, vel alieno amore, & paſſionibus ſe ſpoliare debet, Nam aduerſus ſcriptum eſt; *Iudicare dignè de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorū cauſis ſua, vel odia, vel*
160 *gratiā ſequuntur* vt in cap. iudicare vulgata 11. quæſt. 3. * ad quod Themiſtoclis Athenienſis ad Simonidem Poetam reſponſum accedat; cui, cum is Themiſtoclis operam pro amico in re iniqua peteret; Themiſtocles reſpondit; *Nec Simonidem fore bonum poetam, niſi menſuram, modumq; in canendis carminibus, quæ ſcribebat curaret; Neque ſe bonum prætorem habitum iri, ſi legibus, & iuſtitiæ, alicuius gratiam præpoſuiſſet*, vt fulgoſius refert in rerum admirabil. lib. 6. cap. 4. qua vbi non commouentur iudices; beatos intellire ſe poſſunt, iuxta allegatum illud in dicto cap. Sunt nonnulli, *qui diſcutit manus ſuas ab omni munere, &c.* non enim dixit, qui excutit
161 manus ſuas à munere, ſed ab omni munere * quia videlicet, aliud ſit munus à manu, vt pecunia, aliud munus à lingua, vt fauor, aliud verò ab obſequio, vt ſubiectio, quaſi quod in iuditijs cōcipiendis, emittendiſq; ne dum pecunias cæteraq; eiuſmodi vitare iudicantes commonefaciendi ſint, ſed etiam quamuis humanam gratiam, cæleſtis gratiæ, numeris non definitum Theſaurum proſequuturi; vt
162 in eodem textu exponitur * cum primo Dei Miniſtri eſſe intelligātur, vt dicitur apud Tarſenſem ad Romanos cap. 13. Deinde principum, ac tertio ab eis ordinatę legis, vt patet in vulgato auth. de manda. principum §. fin. ibi. *Hæc Deo te, & legibus, & nobis charū conſtituent,* & in auth. de queſtore §. iubemus dum ibi dicitur. Volumus autem, vt qui hunc Magiſtratum gerit, *reſpiciens ad Deum ſimul, & timorem noſtri, & legem*, & in Regni conſtitutione incip. Inter cætera, ibi. *vt Deum, & iuſtitiam præ oculis babendo, vnicuiq; cōquerenti iuſtitiam faciant*, & facit textus in auth. vt præſides, qui interpellantis §. certè ſi quem, ibi. *quo magis cum timore Dei, iuſtè iudicare ſtudeant*, & in cap. cum æterni de ſent. & re iudic. lib. 6. &

in ſumma in actibus iuſtitiæ perficiendis nihil propriarum paſſio-
num interferere debent, illud certo ſcientes, quod vbi quid mini-
mum admiſiſſe ſe comprehenderint: ſtatim iuſtitiæ opus, etiam ſi
iuſtiſſimum illud ſit, coinquinatum ſimul aſſequẽtur; ad quod plu-
163 rimum cõducit * quod Diuus Gregorius narrat de quodam ſancto
viro, qui in ſomnijs ſe interdum vidiſſe proteſtatus fuit iudicem
quendam, quem in ſeculo, dum verſabatur in conſuetudine habue-
rat, in locis teterrimis magno ferri pondere circumuentum; ac ab
illo, quid ſibi hoc eſſet, dũ quæſiuiſſet, reſpondit, eo ſolo prædicta ip-
ſum pati, quod cum iudex eſſet, ſi quid pœnæ, aut vindictæ etiam
ſecundũ leges alicui inferebat, ad illud crudelitatis deſiderio ma-
164 gis, quam publico zelo mouebatur, * quod ipſum in eorum pecto-
ribus qui iam ſunt; & qui futuri ſunt in Regni expurgatione præ-
fecti ſignare, & in ſculpere, ac hora qualibet eius meminere debe-
rent; nam parum detrimenti illis puto ceſſurum, ſi modo atq; præ-
fati iudicis inſtar in infernalibus ſtadijs torquebuntur: tanta cum
graſſatione, quò eorum euulgent exiſtimationem interdum, imo,
vt plurimum in infortunatos homines, pro leuiſſimis animaduer-
tunt, ac proinde iudicantes omnes monitos volo; vt Dei timorem,
165 pro eorum adminiſtrationis vexillo præconceptum deferant, * ip-
ſis decretam gladij poteſtatem, non cruore coinquinandam, non
non vindicta ſaturandam, neq; ſtringendam ad necem; at potius
ad errantium emendationem, ad contumacium oppugnationem,
ad vitiorum, ſcelerumue demum perditionem; non autem hominũ
illam protendant; quippe cum benignos, atq; mites ſe in cunctis,
pro perſonarũ, ac negotiorum, item loci, & temporis qualitatibus
moſtrare debeant; certo ſcientes his præeuntibus in tanta militia,
166 victoriam, palmamq; ſempiternam eos reportaturos. * Neq; alio
præterea apud Priſcos Romanos conſulum ſecuribus virgarum fa-
ſces alligari conſueuerunt, niſi, vt dum ſoluendis faſcibus incum-
beretur, conſulibus cogitandi maturè occaſio præberetur; ne irati
ea fieri imperarent, quorum effectorum poſtea fruſtra pæniteret;
vt Fulgoſius lib. rerum admirabilium 2. cap. 1. commemorat; con-
cinitq; ſubinde illud Cælij lib. 23. antiquarum lectionum cap. 21.
167 dum inquit, Athenodorum philoſophum in poſtremo congreſſu cũ
Auguſto, loco xenij illum monuiſſe, vt iratus ipſe nil prius faceret,
aut imperaret, quam viginti quatuor græcorum literas recitaſſet.
168 His Sigiſmundi Imperatoris nobiliſſima ſubſcribatur ſententia,
qui Beatos in terris dicebat Reges; ſi excluſis ſuperbis; viros mã-
ſuetudinis, & miſericordiæ cultores in curia Aſſeſſores, & conſi-
liarios

liarios haberent , de qua Aeneas Syluius in geſtis eiuſdem . Min.
quoſnam hos eſſe intelligemus ? Imb. * qui tales erga populos ſe
commoſtrant ; quales erga ſe ipſos exiſtere ſolent ; qui errata fatē-
tur ; quiq; cum ſeria agentibus principibus ſeria, & ipſi proſequun-
tur ; eiuſmodiq; cætera ; de quibus per philoſophum Rethor. lib. 2.
ex quibus omnibus regnantis thronum firmari , ex prouerbio: 20.
palam eſt. præfata nunc omnia ſapidiſſima Theodoſij conſtitutio
170 ſubſequatur, de qua in l. ſi vendicari C. de panis * vbi principum
iracundia latas ſententias in diem vſq; trigeſimum exequutioni nō
eſſe demandandas præceptum eſt ; quo miſericordiæ locus,vel ſi res
tuliſſet,pænitentiæ,nō periret, de cuius legis rogatione cauſam ha-
bes expoſitam in cap. cum apud Theſſalonicam vulgata 11. quæſt.
3. licet ibi vſq; ad vigeſimum differendas eas memoretur; conuenit
tamen cum iam dicto iuris ciuilis contextu Caſſiodorus in tripar-
171 tita hiſtoria lib. 9. cap. 30. qui dies, ex quo in eis omnis iuſtitiæ vis
ſiſtitur, iuſti nuncupati ſunt ; & facit textus in cap. ſi quando extra
de reſcriptis ; non enim præcipitandæ à iudicibus ſentētiæ ſunt, ſed
matura,digeſtaq; deliberatione ferendæ, debiteq; exequutioni de-
mandande ; quippe cum quæcunq; tali feſtinatione tenentur,ex cō-
muni doctorū placito, inualiditatis notam protendant ; prout late
proſequitur Vantius in nullitate ex defectu proceſſus nu. 35. & 36.
ac inde intelligis cur illud vulgo feratur, ſatius eſſe in dilationibus
172 decernendis peccare ; quam in ſententiarum prolationibus * pro-
inde pro præmiſſorum coronidæ ſatagant principes, ne truces ocu-
los , vel attonitos, aut turbidum os habentes; aut mordentes labia
vel immaniter clamantes , aut in ſpumam, ruboremue efferueſcen-
tes ad adminiſtrationes euocent ; Neq; eos ; qui pudenda , aut pæ-
nitenda ſæpe effutire ſolent , trepidare ira , atq; prorſus geſtire ,
173 * quæ omnia exprobandæ iræ manifeſta ſunt argumēta ; de quibus
habes apud Gellium Noctium Atticarum lib. 1. cap. vltimo ; Nāq;
vt prouerbio: cap. 16. dicitur ; *Qui attonitis oculis ſunt praua cogi-
tant* ; quæ alijs inferant; Mordentes verò labia ex phantaſia proter-
ua ; atq; fixa imaginatione ; qua ad aliquid implendum,pro cordis
deſiderio, feruntur, abſq; mora malum perficere ſpectati ſunt. Illud
174 tamen ommittendū non eſt,* quod & ſi mites iudices eſſe debeant,
non adeo tamen miſericordiam eos affectare conuenit : vt effemi-
nati , atq; muliebres pænitus dignoſcantur ; vnde calamitoſorum
ſontium validiſſimis præcibus eos , ſine multo labore flecti contin-
175 gat , vt in l. obſeruandum ff. de officio præſid. * cum è contra viros
ipſos ſe monſtrare , non autem mulieres Reipublicæ expediat , ad

quod illud conſultiſſimum Senioris Veſpaſiani Principis geſtum nō
176 inſcitè accedat * qui vbi iuuenem à ſe præfectura decoratum ad eū profectum, vt de ea gratias ageret; vnguenta olere animaduertiſſet, ne dum manu reicere voluit; ſed etiam verbis, fœmineum, quo fulgebat, cultū, & adoramenta exprobauit; dum ei dixit. *Mallem allium oboluiſſes*, ac plus factum infectū habuit; ex quo iam ſibi datę præfecturæ literas reuocauit, ita referente Fulgoſio lib. 2. cap. 1.
177 * verum quales deinde ſe Magiſtratus in omnibus moſtrare, exhiberéq; debeant, Iuſtiniani ad hoc ordinatus contextus, prætereūdus non eſt in vulgato auth. vt præſides abſq; vlla datio: in §. proinde; dum dicitur. *Proinde cum ita gratis officia ſuſcipiant, ante omnia ſtudio eos habere oportet, vt diligenter ad tributa inuigilent, & in deuotos quidem, ac intractabiles, & qui compulſione indigent, cum omni vehementia exigant, in nullo cedentes, neq; eo nomine lucri aliquid captantes: erga deuotos vero paterno ſe gerant affectu, deinde vt ſubditos noſtros ex omni parte illæſos conſeruent: nihil quicquam ab vllo eorum accipientes; ſed æquos ſe in diſceptandis controuerſiis, æquos in conſeruanda diſciplina publica præbeant: in perſequendis quidem criminibus inſontes à calumnijs redentes liberos; Reis verò ſontibus pœnas legitimas imponentes, neque aliter inter ſubditos imperium exercentes; quam patres ſolent inter filios; vt diligant quidem eos, ſi crimine vacui ſint; coerceant vero, ac puniant, ſi criminibus videantur obnoxij*, ex quibus ſi iratos ſe magiſtratus
178 exhibere volent * ex iuſtitiæ zelo procedentē iram explicent, tanquam eius quandam partē vindicatiuam; quę in eis neceſſario exigenda eſt; Nāq; ſi ea adeſſet minus; neq; doctrina vlla proficeret, neq; iudicia ſtarent, ac crimina vlla compeſcerentur ex his, quæ ex
179 irrationabili tollerantia obtinerent; * ac tandem in alterutris magiſtratus deficiētes, in principem, ac in ipſam Rempublicam proditionem machinari credendi ſunt, vt in dicto auth. ſubijcitur in
180 §. quod vero, in verſ. vt nullo præterea, * quare quo ſibi tuti ſint, ac populis tutè item conſulere deprehendantur, inter rigorem, & æquitatem æquè ſedere debent, ad hoc, ne præ nimio rigore ex vlcerentur populi, quod vitandum eſt; atq; nimia è contra, diffuſaq; in eos æquitate, à iure ipſi eiuſq; poteſtate debellent, & ſic cum virga diſtrictionis dulcedinis ſotiatam mannam habere debent, vt ſi duros, interdum rigidos atq; inexorabiles ad flagitia, quæ ſeueros magiſtratus arguunt, eos populi conſpiciant, monentes deinde
181 hortantes, placidos, leneſue, quæ crudelitatem excludunt, eoſdem, non ſine communi letitia intueantur; vt merito cum Dauidis
illo

illo decantare, & occurrere non dedignentur. *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*; cum eis ſe correptos, & bonis capeſcendis intentos effectos intuentes, aſſequantur, & optimè facit textus in cap. diſciplina cum §. 1. 45. diſtinct. ac tandem horatianum illud eis ſæpius repetatur, de quo ſermonum primo;

Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines.

Quos vltra, citraq; nequit conſiſtere rectum. cum notorium illis ſit, ex non recti admiſſione, aut patratione, eoſdem grauiter venire puniendos; vt in noſtro contextu innuitur: ibi, *& ſottopoſte al caſtigo Regio per li falli loro*, habes per Rauennatem in ſingula. 838. ac paridem, & alios; qui ex profeſſo iuſtis voluminibus hæc ipſa proſequuti ſunt. Min. quid ergo amplius in his eſt, quod iurè expendendum veniat? Imb. ex prædictis, pro omniũ expletione, digniſſimas quaſdam concluſiones elicere ſuperuacuum nequaquam exiſtimo, & primo, quia iudicantes omnes, probi viri, heneſteq; famæ eſſe
182 debet. * à iuriſdicundi propterea muneribus, primo ſpurios omnes eijciemus; cum infames ipſi crediti ſint, iuxta Baldi doctrinã in l. 4. in princ. ff. de liberis, & poſthumis, eundem in l. in bonefidei C. de rebus creditis, quibus inſuper præcluſos dignitatum, & honorum portas non ambingitur, vt in l. neq; famoſis, & in l. iudices C. de di-
183 gnit. lib. 12. * vnde nec ad Doctoratus inſignia admitti, nec in principis concilium euocari. legitimati quamuis, poſſunt, iuxta plura deducta per Minſinger: in obſeruatio: camerali 31. cẽturia 4. Præterea quia ijdem Dei timoris clypeo ſe munire debent, ad hoc, vt ex inclinatione, & rectitudine iuſtitiæ ad iudicandum ipſi perduci
184 valeant: * optima ratione iudæis, iuſtitiæ præfatæ adminiſtrationes, atq; ſimiliter aliarum rerum temporalium; quæ inter Chriſtianos obtinent, interdictæ ſunt. Nam, & viri perfidi, & mali iudicantur, vnde in prouerbiorum illud 28. incidunt. *Viri mali non cogitãt*
185 *iudicium*; tum etiam, quia extra nos eſſe intelligũtur, * ac propterea nulla à nobis cum eis habenda eſt participatio l. nequis C. de iudæis, & in Pragm. Regni incip. quia perfidorũ infra allegato titulo, vt per hoc intelligas multo magis eos Chriſtianis præeſſe non debere, vt in cap. 1. & cap. cum ſit, & cap. ex ſpeciali dicto titulo, &
186 in cap. nulla 54. diſt. & in cap. conſtituit 17. quæſt. 4. * vt nec ſucceſſiuè eiſdem ex hoc Chriſtianum habere mãcipium permittatur, vt C. ne Chriſtianum mãcipium, neq; iuxta communem doctorum traditionẽ in cap. ad hæc de iudicijs, nutrices Chriſtianas in domo retinere, nec alios, præſertim ſimplices continuo ſeruitio neq; in domo, neq; extra domum detinare vt Abbas, atq; Felinus eo loci

retu-

retulerunt; & in particulari, quod ad huiuſmodi adminiſtrationes admitti non debeant, tum cõmunis, cum Regni iuris diſpoſitione expreſſum legere eſt,& quidem communi iure illud patet in l. probatorias C.de diuerſis officijs lib. 12.Deinde hoc noſtro in cap. Regis Caroli incip. Item ſtatuimus quod iudæis, alia ratione æquè, &
187 rationabiliter quidem, * quippe cum,& ipſi infames ſint,ac proinde dignitatum portas clauſas ſimiliter, & multo plus quam cæteri habere debeant, vt habes per gloſam in l. nemo la 2. C. de epiſcopali audiẽtia; & in conſtitutione iudæi in verſiculo honore autem, dum ibi dicitur. *Honore autem nullo perfruantur, ſed fortunam ſuſtinento cum infamia; qua etiam notatum animum eſſe voluerunt*, & in ſumma quæ iudicia, quæ ad iuſtitiam congruere diudicari poſſent, ab his expeti valerent? cum à Deo, & Saluatore noſtro Ieſu Chri-
138 ſto quam longiſſimè abeſſe perſpiciantur? * dato pro comperto,& clariſſimo; iuſtitiam ipſam dignè exercentibus ad Deum proximè accedere, illumq; intueri; ſed tempus eſt,vt hos in eorum perfidia deſtitutos deſeramus, & nos, qui iam tenebris inuoluimur, & ſermonum varietate pænè defeſſi ſumus, illud pro coronide ſubneƈtẽ-
189 do, * quod cum pro viribus à locis ſibi commiſſis Magiſtratus exterminare hæreticos iurare debeant, iuxta textum in cap. ex communicamus in §. moneantur de hæretic. eiuſmodi iuramẽtum præfati generis homines,nec pręſtare,nec ſeruare ſanè poterunt,& hæc mihi viſa ſunt minutule dileƈtiſſime,quæ ad hæc currenti tibi in cẽtonem deduƈta exponerem, quæ verò deſiderantur cætera, Altera, vel Tertia ad ſummum die pleniſſimè cognita cedent. Min.optimè quidem, ac pro voto omnia explanaſti, vt aliud præterea in ſenſu adeſſe non conſpiciam, quod exquirenti intelleƈtui efflagitare expediat, vt nunc fari offeratur; quod, & ſi ingraueſcẽtibus tenebris corpus correptum ſit, ſplendenti tamen lumine in eo perfulgẽs intelleƈtus, ex his, quæ tradidiſti, clariſſimè nitet, vnde venia mihi data à te diſcedo; pro dato munere aſſiduè Deum rogaturus; vt ſeruet, augeat, & perficiat, quæ ſeruari, quæ augeri, quæq; perfici expoſtulas. Imb. valdè lætor, proinde deſtris auibus eas. Min. bene ergo tibi hæc nox cedat. Imb. & tibi æquè bene, & craſtina ter, & amplius ſit tibi lux æquè ſerena.

LAVS DEO.

DE

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE.

DIALOGVS SECVNDVS.

RERVM SVMMÆ.

1 *IN ius dicente iuris diſciplinæ capacitas deſideratur.*
2 *Iuris ſcientia quid complectatur.*
3 *Ars boni, & æqui in quo dicatur conſiſtere.*
4 *Leges non de omnibus ab initio latè fuerunt.*
5 *Declaratus Vlpiani locus in l. 1. ff. de iuſtitia, & iure.*
6 *Legum volumina ex quibus compacta ſint.*
7 *Legalis ſcientia num demoſtratione aliqua conſtructa ſit, late examinatur.*
8 *Iuris ſcientia cur iudicantibus neceſſaria ſit aſſertur.*
9 *Iudex ex ſe ipſo non; ſed ex ſcriptis legibus iudicia petere debet.*
10 *Leges illas cuſtodientibus commodum quod; ac damnum quale negligẽtibus ingerant.*
11 *Eatenus quia alijs præferendus; quatenus eminentiori doctrina emicat.*
12 *Modice eruditionis homines à principum liminibus repellendi.*
13 *Doctrina ſola ferè proportionata cauſa in deligẽdis Magiſtratibus ſpectatur.*
14 *Honorem virtutem habenti debere communicari pluribus oſtenditur.*
15 *Honor, & laus in ſcientia ſplendenti ad quid exigantur.*
16 *Doctrinæ permagni effectus enarrantur.*
17 *Ad iuris diſciplinam Authoris vehemens exhortatio.*
18 *Iuris ſcientiæ doni excellentia variè expoſita.*
19 *Doctrina circa difficilia verſatur.*
20 *Principum adminiſtrationes ex recta Magiſtratuum ordinatione fæliciſſime.*
21 *Aſſueri Regis in ſuos ſapientes propenſa voluntas exponitur.*
22 *Proculdubio ad Beatitudinem redundat, quod ſapientum conſilio ordinatur.*
23 *In Alexandri ſeueri adminiſtrationem laudes extenduntur.*
24 *Alexandri fæliciſſima ceſſit adminiſtratio ex optimorum ſibi aſſotiatione facta.*
25 *Viri Alexandro ſotiati referuntur.*
26 *Domitij Vlpiani laus expoſita.*
27 *De bene diſponendo principatu policrati ſententia.*

28 Con-

28 Conqueritur, quod liberalium artium perpauce frequententur.

29 Quandoq; apud Romanos artes iacuerunt, excepta oratoria, & ciuili diſciplina; & cur.

30 Ius ciuile ſemper in ſummo honore habitum cur Tullius enuntiarit.

31 Ius ciuile cur profiteri Pariſiis vetitum fuerit, ratio exponitur.

32 Gallorum Reges imperio non parent, minuſque communibus legibus vtuntur.

33 Canonum iure ciuilium legum nunquam improbatus famulatus.

34 Nec ad illas recurſus negatur, & quo caſu.

35 Neapolis Regnum ab imperio exemptum, cur cõmunibus legibus vtatur, ratio.

36 In capeſcenda iuris diſciplina defectus exponitur.

37 In aliquos magiſtratus ambientes exprobatio.

38 Ex imperitorum electione in Mercurij acĕruum inijci lapides intelliguntur.

39 Ex imperitorum ordinatione mala multa ſubijciuntur.

40 Ad imperitos excludendos Iuſtiniani contextus formatus offertur.

41 Ignorantiæ mala plurima quæ.

42 Ignari ex cordis egeſtate conſilium non habent.

43 Scientia de numero honorabilium eſt, ignorantia vero deteſtabilium.

44 Ignorantia in his, qui præſunt, nec excuſatione, nec venia digna.

45 Ignorantiæ multiplex cecitas exponitur.

46 Ignorantia multipliciter iudicia confundi, enarratur.

47 Clerici authores laudati ad ſuum iudicem remittendi.

48 Iudices ordinandi in iure quæ callere debeant.

49 Bonorum Aduocatorũ quale reipublicæ cedat emolumẽtum, exponitur.

50 Aduocatorum fortuna nobiliſſima, ac excelſa.

51 Malorum Aduocatorum dedecus exprobatur.

52 Temerariorum Aduocatorum pænè remiſſiuè.

53 In deligendis ſex à principibus animaduertenda proponuntur, & quæ ſint.

54 Docendi peritia verè doctrinæ argumentum.

55 Non bene docere valentes, ex Deo eſſe non intelliguntur.

56 Quæ orationis ſplendore illuſtrantur, in auditorum animos potentius influunt.

57 Perſuaſio à docente ſeiuncta eſſe non creditur.

58 Rethorica ciuilis ſcientiæ pars, ac cæterarum artium ornamentum.

59 Præſidentium integritas ſalus eſt ſubiectorum.

60 Regna quæ fælicia, & à quibus cuncta tractanda ſint.

61 In omni genere primum quod eſt, optimum eſſe oportet.

62 De-

62 *Doctos magiſtratus eſſe debere, vti exaudiendum ſit.*
63 *Recte iudicandi tria inſtrumenta recenſentur.*
64 *Expertorum glorioſus intellectus, & conſilium.*
65 *Experimenti conſideratur vtilitas.*
66 *Experimentum vel ſolum ad iudicandum ſufficere creditum.*
67 *Tot litium, & iurgiorum cauſa quæ ſit explicatur.*
68 *Ratio iudicanti ad quid neceſſaria declaratur.*
69 *Iudicantibus pauciſſima reſeruari debere philoſophus docuit.*
70 *Turpiſſimum iudicibus accidit ius ignorare, in quo verſantur.*
71 *Ius Ars artium, & animarum ſalus eſſe intelligitur.*
72 *Ignorantes non dicuntur citra culpam agere, dum adminiſtrationes ſubeunt*
73 *Artifices ſimiliter pro male fabricatis tenentur.*
74 *Quibus argumentis in deligendis iuris peritiam principes aſſequi valeant*
75 *Vti habitarum adminiſtrationum habitas rationes principes aſſequi valeant*
76 *Iuuenes, qui nondum adminiſtrarunt, negligendi non ſunt, & cur.*
77 *Doctus creditur, qui doctoratus inſignijs decoratus eſt.*
78 *Doctoratus dignitatem tribuit, etiam medico.*
79 *Doctore militibus prælati.*
80 *Doctorum laus expoſita, ac varia digniſſima nomina.*
81 *Doctores, quod militibus præferendi ſint, Sigiſmundi principis ſententia.*
82 *Doctoratus dignitas ex eius pariter ſtructura arguitur.*
83 *Doctoratus non leues ſolemnitates referuntur.*
84 *Anulus, oſculum, & Benedictio ad doctoratus ſubſtantiam non pertinent.*
85 *Doctores ad adminiſtrationes accedentes nullo examine ſollicitandi ſunt.*
86 *De moribus verò inquiri poterit, & cur.*
87 *Pragmatica de doctoribus in Sacrum R. Cōcilium euocandis loquēs in omnibus alijs Regijs iudicantibus recepta eſt.*
88 *De Hiſpanis militibus laudes plurimè exponuntur.*
89 *In Hiſpanis militibus ad officia ordinandis doctoratus nō exigitur, & cur.*
90 *Ex Salamanticis ſcholis prodeuntes maximam commendationem protendunt.*
91 *Scientia dupliciter acquiritur.*
92 *Ad doctoratum non promouetur, qui ſaltim per quinquennium iu-*

H riſciui-

Digitized by Google

riſciuilis ſtudijs non vacauerit.

93 Præfata prouiſio ex Hiſpalenſi ordinatione huc perducta eſt.

94 Studiorum probatio in Regno per matriculæ ordinationem ſit.

95 Scholaris in matricula non deſcriptus, ſcholaribus indultis priuilegijs gaudere non poteſt.

96 Ad Aduocationis officium exercendum ſimiliter ſtudiorum quinquennium exactum.

97 Studioſorum ſecundum annorum computationem nomina quæ.

98 Regni iudex per aliud quinquennium Regni iuribus vacare debet.

99 Tam ſanctam ordinationem exoleuiſſe conqueritur author.

100 Nouiſſimorum magiſtratuum temeritas, & defectus.

101 Doctor ridiculus enuntiatur.

102 Magiſtratuum quorundam vulpinæ mutationes referuntur.

103 Quæ ſtudia perimant ſubijciuntur.

104 Puberes in iudices ordinari non poſſunt.

105 Minores 25. annis eruditi quamuis communi iure ad adminiſtrationes iuſtitiæ admitti non poterant; de ordinaria intelligendo.

106 Ad delegatam vero in decimo octauo, & in 17. vbi à principe ordinabantur.

107 Regni iure correpto minoris ætatis gradu ad 18. annum in decimo octauo completo quis, & iudex, delegatuſue eſſe poteſt.

108 Minorem ætatem ſtatuto breuiari potuiſſe refertur.

109 Iuuenibus decem, & octo annorum rerum deficit experimentum.

110 Bracmanarum mos in continendis iuuenibus, refertur.

111 Apud Romanos iudicandi legitimum tempus 35. annorum extitit.

112 Epiſcoporum ordinandorum ætas triginta annorum eſt.

113 Impuberes in magiſtratuum delectione nec memorandi quidē ſunt.

114 Iuditij ſubſtantia in æqui diſcretione conſiſtit.

115 Altiora appetentes periculoſius cadunt.

116 Mutus, & ſurdus nec ſimiliter attendendi, nec pariter furioſus.

117 Furoris effectus quis.

118 Cecus pariter audiendus non eſt, fallit quoad acquiſitum.

119 Præfati nec principis diſpenſatione in iudices ordinari poſſunt.

120 Senes, quam iuuenes magis ad adminiſtrationes vocandos explicatur.

121 Doctiores ſi concurrant cum doctis qui præferendi ſint, quæritur.

121 Senectutis priuilegia plura remiſſiuè.

123 Senes veraciter magis loquuntur.

124 Senes ad mentis perfectionem, quæ prouocent, ex Auguſtino.

125 In ſenum reuerentiam Gellij locus offertur.

126 Senes

Digitized by Google

126 *Senes qui ad adminiſtrationes vocandi ſint declaratur.*
127 *Cur iudicum quotidie adauctus ſit numerus.*
128 *Caroli Tappiæ Illuſtris iuuenis laus expoſita.*
129 *Peccat communitatis princeps, ſi honores, & dignitates ſecundum cuiuſq; dignitates non diſtribuit.*
130 *Iudicantes ſecundum ſcriptas leges iudicare debent.*
131 *Leges quia multiplices ſunt, quo ordine ſeruandæ ſint, deducitur.*
132 *Hominem pluribus legibus ſubiectum eſſe non inconuenit, & qua ratione.*
133 *Secundum leges iudicandum eſſe pluribus oſtenditur.*
134 *Philippus Burgundiæ Princeps quo pacto compotorem cõmonuerit, ne de principibus verba faceret.*
135 *Leges humanis neceſſitatibus ſuadentibus hominibus datæ ſunt.*
136 *Populus quid ſit.*
137 *Legum beneficia plura enarrantur.*
137 *Legum neceſſarius hominibus vſus, triplici ratione demoſtratur.*
139 *Iudicium ex ſcriptis legibus certum magis eſt.*
140 *Legum rogandarum ratio apud Romanos quæ fuerit.*
141 *Trinundinum quid ſit.*
142 *Lex tumultuariè lata mali præſumptionem habet.*
143 *Iudicium ex legibus certum magis cur ſit, demonſtratur.*
144 *Viuæ vocis dictum, vti certius intelligendum ſit.*
145 *Leges inflexibiles ſunt.*
146 *Zaleucus omnia cur legibus definiuerit.*
147 *Hominum iudicium periculoſum.*
148 *Alfonſus Rex quos ſibi magis charos conſiliarios exiſtimarit.*
149 *Veri iudicandi Iudices qui ſint.*
150 *Legum ephiteta plura ſubijciuntur.*
151 *Iudices animata ſe iura demonſtrare debent.*
152 *In iudices legum tranſgreſſores Dei, & principis indignatio irruit.*
153 *Eoſdemq; infamia nota corripit.*
154 *Leges ne dum Deo ſacratæ, ſed, & illius dona eſſe conſpectæ ſunt.*
155 *Deus vti in principum pectoribus leges infundat.*
156 *Legumlatores diuino motu ad legumlationem perducuntur.*
157 *Numa ſuas leges ab Aegeria nimpha ſe aſſequutum aſſeruit.*
158 *Solon Athenienſibus datas à pallade, à qua, & antea Draco.*
159 *Licurgus à Phebo Menas à Mercurio, & Macomettus à Gabriele.*
160 *Minos à Ioue Charõdas à Saturno, & à Mercurio Trimegiſtus.*
161 *Zamolſis à veſta Zoroaſter ab Horomaſi, & Zeleucus à Minerua.*
162 *Ab Ioue Plato.*

163 *Zoroaſter ſuas leges magicis præſtigijs ſtuduit confirmare.*
164 *Moiſes Iudæis leges propoſitas à totius Naturæ patre habuit.*
165 *Paulus Apoſtolus ab eodem Chriſti exemplo.*
166 *Iuſtinianus ab eodem.*
167 *Iuſtiniani in rogandis legibus Deo habita Reuerentia.*
168 *In legum tranſgreſſores increpatio.*
169 *T. Manlij Torquati in filium ſeueritas.*
170 *Legum obſeruatio tam communi, quàm Regni iure multũ præcepta.*
171 *Officialium iuramentum de Regni iuribus cuſtodiendis.*
172 *Idem inramentum ex Platone.*
173 *Iudicis Arbitrium ad quid.*
174 *Quod iudex, vt ſibi videtur iudicare valeat, vti intelligendum ſit.*
175 *Arbitrator quoque ex legibus arbitrium ſumere debet.*
176 *Seculares iudices quibus legibus eccleſiaſticas cauſas iudicabunt.*
177 *Leges ſeruandæ ſunt, etiam Principis pugnante aliquo reſcripto.*
178 *Emanuel Sabaudiæ Dux non obſtante ſuo reſcripto leges ſeruari mandauit.*
179 *Idem Antiochus per literas ſui Regni Ciuitatibus ſignificauit.*
180 *Legum obſeruatio cur tam anxiè præcepta ſit, ratio exponitur.*
181 *Iuſtiniani Iuſtitiæ templum quale.*
182 *Scriptorum memoriæ abolendæ non ſunt, & cur.*
183 *Multi ſunt, qui propter Deum ſcribunt.*
184 *Honor, & laus laborantibus deficiunt vnquam.*
185 *De pandectarum compilatione in Iuſtinianum conſideratio.*
186 *Principes plus Gloriæ ex legum, & Iuſtitiæ cultu reportant; quam ex armis.*
187 *Legum Robur in quo conſiſtat.*
188 *De legum robore Solonis dictum memoratur.*
189 *Regnum non eſt, neque Reſpublica, vbi leges non præualent.*
190 *Legum correctio vitanda eſt, etiam à Principibus ipſis.*
191 *Qui boni legumlatores intelligendi ſint.*
192 *Reges legibus ſolutos eſſe quomodo intelligendum.*
193 *Magiſtratus nec ſub æquitatis prætestu leges tranſgredi debent.*
194 *Principes naturæ ius ſimpliciter ad bonum ordinatum mutare non poſſunt.*
195 *Nec profeticas, Apoſtolicas, ac cæterorum Patrum Sanctas leges.*
196 *Leges alias ex cauſa mutari poſſe à Principibus, concluſio eſt.*
197 *Legum reuocandarum cauſa ex duplici fonte peti poteſt.*
198 *Iniuſtas leges abrogare, nil aliud eſt, quã Ciuitatẽ beneficio donare.*
199 *Iniquas leges non ſeruanti non pœna, ſed præmio occurrendum.*

200 Decla-

Digitized by Google

200 Declaratur textus in cap. Ridiculum 12. diſtinctio.
201 Lex cur non omnibus ætatibus, ac ſeculis vigeat, ratio.
202 De legibus abrogandis, vel non, Valerij ſententia recitatur.
203 Ad idem Sexti Cæcilij graue pronuntiatum.
204 Pro legum conſeruando Robore quale Locrenſium eſſet inſtitutum.
205 Lacedemonij cur ſeptingentis annis nunquam mutatis legibus vixerint.
206 Lacedemonij quot ſcriptas leges habueriut, & quæ fuerint.
207 Leges apud eos in cantilenas deductæ, cur.
208 Lacedemoniorum ſcriptæ leges, quomodo appellitarentur.
209 Ius Naturale cur immutabile ſit, multiplex ratio conſideratur,
210 Ius naturale in parte mutari poſſe, vti intelligendum ſit.
211 Principia ſemper manere oportet.
212 Iuris Naturalis principia quæ ſint.
213 Ex principijs præfatis deſcendentium concluſionum, ratio quæ ſit.
214 Leges quæ penitus variabiles intelligendæ ſint.
215 An duplex ius gentium conſiderandum ſit, deciditur ex præmiſſis.
216 Doctrina principiorum, vti à Doctrina cõcluſionum diſtinguatur.
217 Magiſtratus qua ratione legum obſeruationem protendere debeãt.
218 Interpretationes quæ Magiſtratibus permiſſæ.
219 Sacro R. Concilio quæ ſit tributa interpretandarum legum poteſtas.
220 Sacri R. Concilij prærogatiuæ plures referuntur.
221 Eius deciſionum quanta ſit vis, & quanta deciſionum Rotæ.
222 Inferiorum Iudicum cur diminuta poteſtas.
223 Pragmaticarum Regni obſeruatio ſtrictiſſimè tenenda eſt.
224 Pro pragmaticarum interpretatione ad Principem, eiuſq; Concilium decurrendum eſt.
225 Communes Doctorum ſententiæ quanti faciendæ ſint.
226 Altera prudentiæ ratio enixa, & ex quibus.
227 Iudex à communi recedens, ignarus creditur, & punitur.
228 Quo caſu tolleretur à communi receſſus, conſideratur.
229 In præceptores, & ſcholares ſimul admonitio enuntiatur.
230 In quibus caſibus Iudices tranſgredi leges valeant, remiſſiue:

D E

Digitized by Google

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE.

DIALOGVS SECVNDVS PALLAS NVNCVPATVS.

Jmbrianus Interpres, Octauius Minutulus.

IMB: opportunè veniſti; proximè etenim expecta-
re te cepi, Minutulus at ipſe vereor, ne potius im-
portunè venerim; Namq; facto diluculo vix me
cubili potui continere, quin ictu, vt aiunt, oculi
proſilierim deſtinatè ad te reuerſurus: Dictorum
etenim commemoratione continuo exhileratus, vel in ſomnijs
ipſis expectata dicendorum enomenclatura quammaximè ſub-
leuabar; atq; ita, vt cuntari nunc aliorſum diuertendo, non fue-
rim paſſus. Imb. grates maximas tibi Minutule amantiſſime
acturus ſum; ac nunc quidem voueo pleniſsimas; cum mea leuia
iſthæc rudimenta, imo nequaqnam mea, minuſq; ſane leuia, at
potius à me leuiter propoſita, expenſaq; ita ardenter attendas
inſtar ſi Platonis, papinianiq; ea præcepta forent. Min. imo
magis quam Platonis, & cæterorum. Dei etenim ſunt, ac dein-
de Principum, Regnorum tertio monumenta. Imb. bene dicis
cum ſpectatum in illis fuerit quicquam, ac in nobis præterea
minus, quod ipſi à ſummi Dei Clementia non fuerint eſſequuti,
acceperimus, & nos, At memores Rem ipſam agrediamur. Min.
1 vt libet. Imb. ex ſecundo ergo iuditij per neceſſario Requiſito *
in ius dicente obiecti iuris ſcientia deſideratur, quæ iam effectæ
concinnatæq; probitati coniuncta vbi fuerit, mirabilia, amabi-
liaue cuncta ſuperare credenda eſt: tante molis, vti ſummam
virtutem protendens ad populorum tranquillitatem inducendã
2 quotidie ſpectatur. Min. ſed * quid eſt; quod ſcientia præſata
proſequitur? Imb. æqui, Bonique artem humano generi multo
plus, quam valeat excogitari, præſentaneam clauſam habet.
3 Min. * in quibus hæcars, quam dicis boni, & æqui deprehende-
tur? Imb. in rationabiliter ſupplendo meditatione ipſa; quæ Do-
ctrinæ progenies eſt, id, quod in vniuerſali de eſſe vſu exigente
animaduerti poteſt, ixta Philoſophi traditionem 5. ethico. cap.
10. 2. p

10'2.politico.cap.6. col. 3. propè finem, & 3. politico cap. 11.
4 col.2. * non enim de omnibus ſigillatim leges ſcribi, euulgariq; ceperunt, ex quo nec poterant; vnde generales quaſdam cõcluſiones ille complexe fuerunt, quæ, vt occurrentibus in dies factorũ ſpetiebus aptius, ex integroue reſponderent, iure per tẽpora à ſapientiſſimis viris conſultiſſimiſq; Principibus iam dictis æquo, bonoq; ſubſtratis, opportuniſſimam ſuppletionem deſiderarunt,
5 * atq; hoc ipſum loco intelligis, quod ſummi, penequè Diuini ingenij Vlpianus Iuriſcouſultus in l.1.ff. de iuſtitia, & iure innuit, dum dixit. *Aequi, boniq; notitiam profitemur*. Qui a V3. per ſuas luci diſſimas, à melliſluas interpretationes, alias duodecim tabularum generales leges illas ad particnlaria magis deducendo, ampliabat, quod, & ædictorum propoſitionè, illam præſeferentes prætores; Alij vero, ædicto perpetuo con-
6 ſtituto, illud interpretantes fæliciſſimè ſunt proſequuti, * ex quibus ne quid in conſulte iactetur, vniuerſa hæc iuris volumina, quæ apud nos ſunt, compacta intelligis, ſi voluere quandoq; il-
7 la non pigeat. Min. * at num hæc, quam effers iuris ſcientia tia demoſtratione aliqua, iuxta vulgata Dialeticorum dogmata conſtat? Imb. iuris ciuilis periti pro implendo iuſtitiæ munere veritatem ſectantes, eius ſcientiam dupliciter nacti deprehenſi ſunt altero V3. facientes demoſtrationes ſuarum dumtaxat concluſionum, non aliter ſe demoſtrationes extruere animaduertentes; Altero vero vlterius cognoſcentes quidem ſe illas facere, non ſub demoſtrationis conceptu, ſed bone rationis, rei cauſam ita clarè notantis, vt apertè naturali iuditio percipiatur, ſine arte rem aliquam non niſi propter talem cauſam exiſtere, vt plurimum etenim ipſi conſnltiſsimi finali rationè penſata, vel de nouo aliquid conſtituere, vel ſuas efficere, far-
8 cireq; interpretationes ſunt animaduerſi, * vt merito hæc, quæ à nobis effingitur, rudibuſq; verbis repræſentatur iuris ſcientia, ne dum, vt benæ iudicet magiſtratui neceſſaria exiſtimetur; Sed
9 ne imprudens temere ad iuditium proſilire aduertatur, * non enim ex ſe ipſo iudicans, ſuoq; ingenio iuſtitiæ ipſius actus, iuditia ipſa petere debet, cap. 1. & cap. ne innitaris de conſtitutio: Sed ex ſcriptis, euulgatiſq; paſſim ſapidiſsimis legibus, quibus in tanta Aduocatorum, ac procurantium calumnioſa, friuolaq; ſugeſtione, bonorum pace, vt olim fertur Bononienſi
10 Carrotio Gonnella, ei ducitur inherẽdum: * Eius modi namq; ille deprehenſe ſunt, vt veluti cardines, eas cuſtodientes tueantur;

tur; eaſdemq; vel in parte negligentes, vti temere, præſũptuo-
ſeq; ad iuſtitiam accedentes, conculcent, ignominioſeque pro-
ſternant: tanta neceſsitate iuditia adeunti earum Doctrina co-
ninncta eſt: quinnimo: vt explicatè in ac ipſa Re aliquid con-
cludamus, commodiori, eius, loco commemoratione reiecta,
quicumq; earum vigili inquiſitione poſtpoſita huiuſmodi præ-
ſumpſerit attentare, ac quiſquam aliquem ſine eis agentem ad
iam dictas adminiſtrationes auxerit prouocare, illud tentans ad
liram aſinum ſe commoſtrabit: Alterq; talem eligens fatuum
ducet ad conſilium, à quo fruſtra illud expeti manifeſtum eſt, &
Diuinis ſcripturis non intermiſſum, vt patet Eccleſiaſtici cap.
8. dum ibi ſcriptum eſt, *cum fatuis non habeas conſilium*, & ſi vl-
11 terius licet de ratione exquirere, ſubijcias queſo * Eatenus quẽ
alijs antecellere curandum eſſe, quatenus ingenio eminentiori
ſtipatum illum, exactioriq; Doctrina præditum, non vno ſed
repetitis Argumentis fuerit deprehenſum; Eiuſmodiq; generis
homines, ne dum agentes ſe ſe excipiendi ſunt; Sed etiam in-
quirendi ab induſtrijs principibus, quos honoribus, ac dignita-
tibus paſsim valeant honeſtare, iuxta Apoſtoli illud primo ad
Corinthios cap. *6. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam qui poſ-*
12 *ſit iudicare inter fratrem ſuum* * Modice rurſus eruditionis alijs
poſtpoſitis, cum ex hoc ipſo in iuſtitia excolenda vigilantium
principum liminibus pœnitus veniant repellendi, vt habes apud
Bartolum in proemio Digeſtorum. His veluti calcaribus exci-
tari debẽt Principes ad magiſtratuum delectionem, ne qua per-
ſonarum exceptione teneri eos optimæ indolis ſubditi arguãt:
13 * Ex his etenim ferè ſola congruens, ac proportionata cauſa
cuiuſuis delectionis inadminiſtrationẽ, vel dignitatem aliquam
deſcendere perſpecta eſt; vt alia queuis ea in re ſubſtitui non
poſsit; quæ iam dictam perſonarum exceptionem excludat; iu-
xta notata per Diuum Thomam in 2. 2. quæſt. 63. artic. 1. in cor-
14 pore. His vlterius accedat, * honorem; cum virtutis is præmiũ
ſit: illam habenti debere communicari; vt per philoſophum 4. &
8. æthico: & Saluſtium in Catilinam; cum præterea Militantium
Virorum credatur merces, teſte Platone in Dialogo 2. de legi-
bus, ac proinde eidem ttibuendam laudem exiſtimatum ſit; vt
per Philoſophum, 2. æthico: & quidem æque, & rationabiliter;
15 quippè cum vulgatum ſit, * vti virtutis teſtimonium in eo hono-
rem exigi, teſte Calcidio in Platonis timeum; laudem vero ad
dilucidandam eius virtutis in populis magnitudinem iuxta
Phi-

Philoſophi traditionem 1. & 3. Ethic. vt tandē honoris, laudiſue effectum Is gloriam conſequatur; qua longe præconcepta ad litterarum ſtudia accendi, eleuariq; Mortales; illam eandem affectans Cicero proloquutus eſt, dum inquit: *Omnes accendimur ad litterarum ſtudia, gloria.* Concinit, & illud: *Honos alit artes, laudumq; immenſa cupido:* proximeq; accedit textus in §. fin. in inſti-
16 tutario proemio; * idq; non immerito, cum ea vitæ breuitatem conſolari perſpecta ſit, poſteris præſtare memoriam, efficereque ſimul; vt abſentes, qui ſunt, adeſſe, & mortui item viuere videantur; vt ex eodem Cicerone in oratione pro Milone elicere eſt.
17 * Ad illam ergo lapſis habenis iudicātes omnes decurrant, & qui iudicandi munus affectant eandem inuadentes amplexentur, teneant firmiter, diuturnis ſimul auxibus, conatibusque iugulent, deferant in populis, illisq; non ſecus, ac diuinam illam mannam miniſtrent; eorumq; cordatorum teſtimonio, viuisq; applauſibus
18 inſtitutori, Deo O. M. ſacram effectam venerentur. * Namque illius donum ſplendidiſſimum eſt inſtar lucis, ſapidiſſimum inſtar mellis, profundiſſimum inſtar maris, & altiſſimum inſtar montis. Primum expreſſum habes in auth. habita, C. ne filius pro patre; dum per iuris ſtudioſos Mundum illuminari dicitur, & facit illud Danielis: *Docti fulgebunt tanquam ſplendor firmamenti, & qui multos erudiunt ad iuſtitiam, ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates:* quod ſane veriſſimum eſt; illo præconcepto, de quo multa ſuo loco; leges videlicet: Diuino impellente motu à legum latoribus promulgari, quapropter humanæ tanquam vitæ directiuas, maximum, illas lumen continere, affirmare iure poſſumus. Quantum ad ſecundum; Mel ſapidiſſimum affert pacis, dum iuſta iuditia, iuſtitiæ actus parturit; quæ vel ſola tanti ſunt, vt peroptatam Regnorum tranquillitatē ſtatuant, ac imperantibus ſimul Principibus, ex voto diu regnare permittant. Quoad tertium; Ea vaſtiſſimam omnium Mortalium actionum diſcretionem Dei nutu exactiſſimè, fabreq; compleſſa eſt; dum veterum omnium Sapientum vetuſtas Leges, Plebiſcita, Senatuſconſulta, Principum placita, Prætorum, Aliorumue Magiſtratuum tot ædicta; totq; Prudentum reſponſa, veluti repetita quadam hiſtoria, ex ima vetuſtate exhibet, Diuina etiam, nedum humana præfata, ſanctiſſimè diſponens, vt pręterea ſtudioſius nihil in inferioribus hiſce lationibus valeat excogitari l. 1. poſt princ. C. de veteri iure enucleādo. Poſtremo, vti Altiſſimi Bonum, eminentiſſimo ea loco poſita eſt; quem pro eius captu, non niſi laboribus diuturnis, ſummisque

vigilijs mundis corde, itemque manibus conſcendere offertur;
iuxta Heſiodi illud: *Virtutem poſuere Dij ſudore parandam* :
atq; Horatianum aliud: *Multa fecit, tulitq; puer ſudauit, & alſit.*
19 * Cum Philoſopho teſte circa difficilia ea interclusa cernatur, vt
iure optimo Doctrinæ iuditium ad paucos pertinere probatum
ſit. veteriq; illo notatum adagio: *Non omnibus datum eſt adire
Chorintum.* Min. Plurimum tamen Imbriane doleo, pertinaci-
bus aliquorum petitionibus penè commoueri Principum mētes;
eoque, vt reor commotionis genere, vt bonos ſe, atque prudentes
ad Magiſtratum perducere opinentur; contrarium tamen eorum
peruigilis intentionis, illud fido, Rerum, commoſtrante experi-
mento, in multis ſibi, ac concreditis populis miniſtrant; quod ip-
ſum explicatius, ſi placet, proſequere: etenim prolixa adeo eo-
rum temeritas detecta eſt; vt deteſtatione æquè prolixa, vel ma-
iori coercenda ſit. Imb. Idipſum libenter agam: at quo vehe-
mentius in hos noſtra intendatur, oratio; iuſtumque expleatur
animi deſiderium; ex re eſſe putaui: Principum aliquot laudatiſ-
ſimas, ac immortalis nominis adminiſtrationes præmemorare;
20 * quæ non alio, quam prudentum Magiſtratuum electione, aſſi-
duaq; conſuetudine nixe, cum populis, tum Principibus ipſis fœ-
liciſſimè prodierunt; quæq; vti ante hac; ita in omne æuum dein-
ceps plurimis laudum inexplicabilibus notis extollētur; eorum,
qui illas admiſerunt nominū ęternitatē per ſecula protendentes
Min. Peroptabam illud à te præſtari, hoc verò præmiſſum flagrās
expeto; nempe quo ipſa boni commemoratione, leuetur aliquan-
tulum mali, ac infortunati expoſitione contriſtandus animus.
21 Imb. * Audiuiſti ne vnquam quid in ſacris Scripturis de Aſſuero
Rege dictum ſit? attende. Is, inquit Scriptura, interrogauit Sa-
pientes, qui ex more adhærebant ei, & faciebat illorum cuncta
conſilio, ſcientium leges, & iura maiorum, non alio, vt credere
22 eſt, fretus, * quam quod conſtanter ipſe crediderit, non poſſe niſi
ad beatitudinem; & regnantium gloriam redundare; quod eiuſ-
modi hominum conſilio contingeret ordinari; vt in l. humanum
in fine, C. de legibus. & facit illud Prouerb. 10. *Gaudium patris*
23 *filius ſapiens.* * Audiuiſti præterea in Alexandri Mammeæ Impe-
ratoris adminiſtrationem porrectas, ac diſtenſas notas? Audi
primo Conſtantinum illum cognomento Magnum: illius admi-
niſtrationem repetentem admiratione captum; ac per hoc quæ-
ſiuiſſe interdum; quonam pacto; cum Is adoleſcens eſſet, & Syrus
tantæ prudentiæ, probatiſſimique Regiminis Princeps euaſiſſet;
* In-

24 * Interrogationiq́; fuiſſe reſponſum; id potiſſimum moribus, &
probitati eorum accepto eſſe ferendum; quos ille Princeps ſotia-
tos ſibi aſsiduè in conſilio habuerat; vt Caius Rutilius refert in
vita Vlpiani. Audi ſubinde eundem ſine viginti viris ſcientia
iuris inſignitis nullam legem ſanxiſſe; tanta matura delibcratio-
ne à Tiberio, Caligula, Nerone, Domitiano, Commodo, Iuliano
peſſime adminiſtrationis exactis Principibus vaſtatam Rempu-
blicam ſarcire procurabat: Ab eiſdemq́; fœdatum iam impera-
toriũ nomen expurgare, & veluti noua geſtorum ſobole illuſtrare
25 tenebroſum contendebat. Min. * Qui nam erant præfati à con-
ſilijs viri? Imb. Omnes quidem Romani iuris ſcientia inſignes,
& qui diſertiſſimo Papiniano operam dederant, vt Fabius Sabi-
nus, Sabini viri inſignis filius, Iulius Frontinus, Pomponius, Al-
phenus, Africanus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venu-
26 leius, Thriſonius, Metianus, Proculus, Modeſtinus, * & Domitius
Vlpianus ſub eo imperante prætorio Præfectus, qui ſua pruden-
tia eius cõſiliorum omnium præ cęteris particeps factus, nedum
iam dictum Principem; ſed etiam totum rexit Imperium; vt Ca-
ius Rutilius in dicta vita; & Sabellius lib. 6. Ennead. 7. retulerũt:
27 * ſicq́; ex Policrati ſententia libro 5. cap. 6. Sapientum conſilio,
atq; non aliter ſalubriter diſponi principatum poſſe, tandem in-
telligis; ſed tot conſultiſſimi nunc vbi? conſumpſit omnia vis fe-
ra, tempus edax; ac hominum deterior effecta conditio non paſſa
eſt vlterius ſimilium in mundo peregrinationem. Min. Cur hoc?
28 Imb. * Cur hoc inquis? nonne vides Scientiarum tot, ac pluri-
marum quidem Artium, alioquin pro nobilitando humano ge-
nere, Diuina cooperante manu, extructarum, perpaucas in vſum
reuocari? & ſi quæ mediocriter frequentantur, non aliquo nobi-
litatis ductu; ſed nefario, turpiq́; lucro, omnium corruptore ſup-
29 poſito, tractari viſuntur; non ſecus, * ac quandoque olim apud
Romanos accidit; apud quos Artibus honore detracto, iacuerũt
omnes; illę verò ſolę fuerunt excultæ; quæ in pretio verſari co-
gnitæ erant, vt Oratoria propter forum; & Curiam, & ipſum Iu-
30 Ciuile ad conſtitutiones formularum, & litium, * ad quod Cice-
ronis vulgatum illud referas; dum apud eum pronuntiatum eſt:
Ius Ciuile ſemper in ſummo honore habitum fuiſſe: cum & deiectio-
31 nis artium tempore ſimiliter obtinuerit. Min. * Sed quid eſt Im-
briane, quòd non multis anteactis ſeculis Pariſijs Ius Ciuile pro-
fiteri vetitum fuerit? Imb. Non quidem in Vniuerſum; cùm ibi
ſemper viri inſignes huius facultatis peritiſſimi creuerint, ac ad

Digitized by Google

Nos vſque probatiſſimam eorum Doctrinam ipſi penè innumeris voluminibus tranſmiſerunt; Prodijt tamen illud ex Honorij Tertij Pontificis conſtitutione, de qua in cap. ſuper ſpecula de priui-
32 legijs: conſiderato primum,* quòd Gallorum Reges Imperio nequaquam ſubijcerentur, ac propterea minus imperialibus legibus inhærerent: ſed proprijs, quibus eos abundare perſpicuum eſt, ac quod Canonicæ controuerſiæ facilè pontificio, iam aucto, expletoq; iure ibidem emergentes terminari valerent, vtq; denique Theologicæ ſapientiæ, effuſiſſimis ſtudijs ibidem reforma-
33 tæ, eo amplius inſiſteretur,* non tamen earum improbatur famulatus; cùm illis à principio pullulantis Eccleſiæ primus Pontifex Petrus Apoſtolus in cauſis decidẽdis vſus fuerit; vt in cap. Beatus, in fine. 6. quæſt. 1. ac ab eiſdem ad idem Gregorius ſumpſerit argumenta; vt in cap. legum, 2. q. 1. vt in cap. lege, in fine, & in cap.
34 ſi in adiutorium. & cap. certum. 10. diſtinctio.* Nec ſane nunc recurſus ad illas præcluſus eſt; dum quid Canonum iure ambingi vlterius, aut interuerti fuerit deprehẽſum; iuxta notata in cap. 1. de noui operis nuntiatio: cum è conuerſo non dedignentur leges ſacros item Canones imitari, vt in auth. de Eccleſiaſticis titulis, in principio, & habes per Lucam in l. vniuerſos, C. de ſtudijs liberali. vrbis Romæ, num. 15. & in l. medicos, num. 6. C. de profeſſ. &
35 medicis, lib. 10. Min.* Sed quid eſt, quod cum Regnum iſtud pariter ab imperio abſit; in eo imperialia adhuc iura probentur? Imb. Ex Regum conniuentia, tacitoq; conſenſu protractam eorum obſeruationem retulit Gloſa in proemio Conſtitutionum Regni, in verſ. vnde admodum cum ſequenti; ſed in his non vltra;
36 vt ad rem ipſam, ex qua diſceſſimus, redeamus,* doleoq; plurimum; quod nunc omnis apud potentes ſileat eruditio, ac ſat eſſe plerіſque putetur, ſi leuis aditus, & qui ſtatim poſt cum difficultate ad obſcuram praxim gradientibus facillimè præcluditur, adaperiatur; ſed Deus faſſit, ne communis ſit Is omnium error; qui ad iuris ſcientiæ capacitatem hodie anhelant: tãta negligentia; tamq; exiguo temporum anfractu eidem nauare operam cõſpiciuntur; vt potius eius curſores, quam, vt par eſt, inueſtigatores nuncupari, videriq; iure valeant; ſic per medium profundum citiſſimè perducti; ſed & de his pariter hactenus; cũplures etiam nunc efferantur, qui Vlpiano, cæteriſq; iam dictis ſubſcribi, annumerariue poſſent: tanta eruditione ſe in omnibus commiſcere,
37 cunctaq; obire munia; atque tractare attenduntur.* At quod dictum eſt, ob illorum cateruam volui repetitum; qui vix quidem tantæ

tantæ facultatis principia libarũt, ac tumultuariè ſanè,& nihilominus Magiſtratus fieri volunt,contendunt,& tãdem conſequuntur; ac ſi flammigerum legum centonem militantibus in cæca ignorantia populis anteferrent: ob hæc ſatagant Principes vigili inquiſitione hos ſeſe ad Magiſtratum agentes intueri, ac ex de foris adſcitis intimius perſcrutari; ne tales peſtiferas labes populis præficiant, neue ſe eorundem malè gerendorum faciãt participes, inſinuentq́; ſubditis tales eſſe ſeſe, quales ipſis Magiſtra-
38 tus præficiunt; Illud præterea ſcientes, * quòd ſi ignaros officiales ordinari contingat, lapidibus primum Mercurij aceruum augeri erit intelligere, ex quo illis, omnis illius numinis ratio peruerti videatur; tum inde ad iuſtitiam, & eius templa, quæ tribunalia ipſa cenſentur; alioquin ampliandos acceſſus coanguſtari, ac penitus interuerti videres, vt explicitè pro Tui voto Minutu-
39 le accedamus ad id; quod ſubinde ſedulus iniunxiſti: * Namq́; ad antiquum illud Chaos regreſſus pateret;cum priuatim quiſquam pro rationibus,quas ſe in alium habere putaret; ſuper earum cõſequutione diffidens cum Aduerſario ſuo, non ſine Dei indignatione, Principis regnantis dedecore;ac ipſiuſmet Reipublicæ interitu, ſecumq́; miſerè congrederetur; & dato,quòd præfatos iuris ignaros ipſi iudicantes adirent; quis eis intercedentibus, & gladium miniſtrantibus litium finis ſpectaretur? Cum primo ignorantes non tam veraces,quàm ſophiſticas, & cauilloſas Aduocatorum argumentationes declinare,iuditia vniuerſa confunderent, ſeipſos peſſum mandarent, ac demum concreditos ſibi populos,innocentes quamuis,Auguſtino teſte lib.19.de Ciuitate
40 Dei,cap.6 in eorum perderent ignorantia, * quod ipſum ſapidiſſimè tunc Iuſtinianus Princeps in auth.conſtitutio. de iudicibus, §.at verò,explicuit; dum inquit: ***At verò qui magiſtratum gerunt, neque nobis in miniſterio ſunt, ſi vtique iuris peritiam non habeant, ſed aliunde emendicent rectè iudicandi formulam; quomodo non maximam labem ea Res Reipublicæ inferat, ſi diſceptandarum litium poteſtatem non his tradamus; qui per ſe ſciant quid facto opus ſit, ſed ſinamus ipſos alios quærere, à quibus ipſos liceat perdiſcere, quæ in iudicando ipſos proloqui oporteat.*** Cui reſpondet bene textus iuris Canonici in cap.Conuenientibus, 1.quæſt.7. dum ibi circa medium dicitur, *Epiſcopus Cypri dixit, non oportet Nos, qui Epiſcopi ſumus indigere Doctrina, ſed aliorum eſſe Doctores:* Et,vt tam ſancta placita concludam; nõ eſt ferendum cęcum commoſtrandis itineribus præfici;ne ſi quando cęcos alios ducere contingat;

omnes

41 omnes non ſine deteſtatione in foueas cadant: * cum prudentia indigentes non aliud præſtare valeant, quàm multos per calumniam opprimere, ex Prouerb. cap. 28. ac ſubinde protinus Ciuitates, Regnaq; obſcurare, vt per Baldum in allegata auth. habita C. ne filius pro patre, col. 4. verſ. quarto nota; ad quod illud Prouerbio cap. 14. proficit: *Sapiens mulier ædificat domum ſuam; inſipiens inſtructam quoque manibus deſtruet:* ac illud aliud relatum per Lucam in l. filios, ſub num. 6. C. de Decurio. *quod honorem*
42 *conferre inſipienti, eſt Reipublicæ ſubuertere vitam:* * pro eis ſi quidem ſubleuandis ex cordis egeſtate optimum conſilium capere non poſſunt; iuxta Prouerbio. dictum cap. 10. *Qui autem indocti ſunt; in cordis egeſtate morientur.* Vnde rationabiliter ad Honores perducendi non ſunt; vt per Philoſophum 8. Ethic. nicomach. cap. 8. Namq; itineris Duces Ceſſuri, erroris, quo continuò ſubuerterentur, Comites eſſe noſcerentur: iuxta Hieronymi dictum ad Celantiam; ad quod præterea accedat; quod quemadmodum
43 eodem Philoſopho teſte primo de Anima, * ſcientia de numero honorabilium dicitur, cum, vt præfatum habes, ſplendens, ſapidiſſimum, vaſtum, eminensque Altiſſimi Donum exiſtimetur, vt proinde pretio quouis appretiari, & extimari nequeat, l. 1. §. 2. ff. de varijs, & extraord. cognit. ita, & ordine retroacto; ignorantia, quoad eos, qui alijs pręeſſe volunt, in deteſtabilium numero,
44 & plus vltra computabitur, vt per Bald. citato ſupra loco, * cum in his, nec excuſatione, nec venia digna ſit, cap. ſi in laicis, 38. diſt. cap. ſcriptura, de conſecratio. diſtinct. 2. & cap. fin. 37. diſtinctio. & in ſumma huc referatur, & illud, quod dicitur: *Ignorans ignorabitur;* & ſic optima ex prædictis, ratione ignorari debet, & ad laborantium loca euocandus non eſt, vt in cap. 1. 15. quæſt. 1.
45 * Imo, vti falſa opinans, intelligentia aberrans, Terram ſubuertens, propriam animam corrumpens, & ex ſcientiæ habitu, quo ſe præditum exiſtimat, probroſus effectus declinandus eſt; & vti lues, peſtiſue mortifera vitandus, vt in dictis ſupra iuribus; cum vlterius nemo rectè iudicare poſſit, niſi quæ prius nouerit, ac eorum bonus iudex credatur, vt per Philoſophum primo Ethicorum, & primo Analiticorum, textu primo; vt intelligas tandem nullum, nulla prænoſcenti iuditium cedere; non entis nullis ſuppoſitis partibus: Ac ignaro homine nihil iniquius excogitari poſſe, dicto cap. ſi in laicis; probatiſſimum eſt etenim ex præfatis decerni ab eo veritatē non poſſe; quam Nos in tanta Mortalium confuſione Magiſtratuum in pectoribus ſtatuimus inſculpēdam;

ex

ex quo eius inſuper animus circa eam aſsiduè mentitur; quamque etiam ſui temeritate adiſcere vnquam poteſt. Min. Abundè, concinneq́; nimis in ius Dicentibus vitandam ignorantiam exprobaſti; eaq́; circumuenctos iuditia ipſa, dixiſti confundere; illis alias dirigendis Duces, & Imperatores ſe habere cum debeant;cedo nunc vti contingens eorum confuſio dijudicanda ſit?
46 Imb. * Multipliciter quidem; & primò hoc ipſum euenire poteſt; quod ſuam interdum poteſtatem ignorent: Secundò, quod de eadem dubitent;vtputa,quod vt ordinarij procedere cum debeant, vt delegati, inuoluti ipſi, non ſine actorum omnium nullitate, iura miniſtrent: Tertiò, ratione cauſæ; veluti quod limitatam iuriſdictionem habentes,imprudentes in alienam meſſem falcem immittendo, prolabantur; de qua re plura ſuo loco ſubijcientur. Quartò eadem interdum confundunt ratione collitigatorum; vbicunq; non in ſubiectos ſibi demandatæ iuriſdictioni iuditium exercere deprehenduntur,vtputa ſi præterquam in notatis cauſis clericos,vel principaliter conuetos,aut aliter ad laicorum defenſenſionẽ venientes vti eorũ authores auocare,trahereq́; in eorum
47 iuditiũ præſumant: * ignorantes ipſi etiam in hoc poſtremo caſu ad ſuos iudices eos debere dimitti, ex iam recepta Sacri Regij Concilij deciſione, de qua per Afflictum in deciſ. 227. Grammaticum pleniſſimè diſcutientẽ in deciſ. 21. Capicium in deciſ. 197. & Boerium in deciſ. 69. num. 27. Quinto,ratione item loci,& temporis;de quibus ad ſaturitatem apud Vantium in nullitate ex defectu iuriſdictionis, num. 107. & 112. Bernardinum Roccam in ſua praxi iuditiali, in titulo de iudice ordinario, pagina 5. lib. 1. & libro 2. in titulo de exceptio. pagina vltima; & aliqua per Boerium in deciſ. 30. incip. & primo videtur. Sexto,& poſtremo, cæteris miſſis, ratione ipſiuſmet iuris in occurrentibus factis ſuperinducendi, & pronunciandi ignorantiæ; qua vel potiſſimum iuditiorum peruerſionem contingere,vti hæc præexpoſita; ac cætera
48 omnia complectente, non eſt, qui inficietur: * vt meritò ordinandi qui ſunt, conſultiſſimi in iure prodire debeant, propoſitarum actionum naturas cognoſcentes, pro earum ſtabilitate neceſſaria requiſita expendentes; ſimiliter, & exceptionum cunctarum; earundemq́; extremitates, vtreq; ſiue primis vel mutuis petitionibus, ſiue duplicationibus, vel triplicationibus, aut quadruplicationibus protendantur; Rerum Antecedentia; Conſequentia, affinia; aliaue ex loco, perſona, tempore, cauſa, cæteriſq́; huiuſmodi circumſtantijs: In extraordinarijs potiſſimum, metientes;

pro

pro earum varietate multiplicium iurium conſtitutionem inue-
ſtigantes: quæ omnia, vbi tenuerint, atq; ſeruauerint Iudices, ve-
rè tūc iuditiorum Duces, & Imperatores erunt, per calcatos pru-
dentiæ tramites nequiſſimis Procuratorum, Aduocatorumque
incurſibus reſiſtentes. Min. Ex his maximam in eis iniquitatem
verſari conijcio; dum tali, tantoq; munimine fulgiendum Magi-
49 ſtratuum animum innuis. Imb. * Quod de eis dictum eſt, exce-
ptis innumeris multis prudētia, & integritate refertis intelligas
velim; quorum veriſſimis, ac aptatiſſimis iurium allegationibus,
nedum non perturbari rectè iudicantium mentes, ſed in parte
dirigi potius; & ad recti iudicij limina perduci animaduertūtur;
non ſecus, ac ex lateralibus ripis rapidiſſimi fluminum curſus ad
mare vſque deriuant: ne tam opportuniſſimo, ac neceſſario Rei-
publicæ ſedulo Aduocatorum ſtudio iniuria quis audeat ſuccen-
50 ſere, vel præſumat; cum quoad eos creditur pertinere: * nobiliſſi-
mam ipſi fortunam proſequantur, l.prouidendum, C.de poſtulan-
do; & l.diximus, ff.de excuſat.tuto.vel curat.& viri præterea ex-
51 celſiores prædicentur, vt in l.2.ff.de offic.diuerſ.iudic. * Qui ve-
rò ex his, litigantibus dicendi tantum viribus adſunt; à vera iu-
ſtitiæ intelligentia aberrantes, tanquam non ſimulatam, ſed ve-
riſſimam illam Philoſophiam declinantes, nec Doctores, nec No-
biles eſſe cenſendi ſunt; cùm ſapientiæ, & virtutis hæ dotes ſint;
ac proinde certo conuenire, ne his tradantur; qui reuoluto, vt
aiunt, mantello deludere illam conſpiciuntur; dum Iudices per-
plexa importunitate fatigant, irretire ſtudent; ex eoque ſibi in-
gentem erigi laudum cumulum perſuadent; cùm potius deberent
animaduertere inde eorum famam denigrari, cuius contendunt,
52 ornamentis plurimis ſpoliari; * ac pœnis deſuper multis ſeipſos,
quibus corripiantur, obijcere, de quibus per Ebolitanum in Ritu
Curiæ 104. num.6. Sed de his non plura; nedum Aduocatorum
iura tam anxiè proſequimur, iudicantium nunquam ſatis extru-
cto ornatui detrahamus. Min. Quid ergo Principibus in Magi-
ſtratuum electione præcauendum, aduertendumque putas? quò
eiuſmodi eos cum effectu ſibi valeant deſignare, qui tot, tantiſq;
iam dictis non frangantur ſcopulis? Imb. Iam prope magis ad
meſſem accedis; ac veluti ex ſpicis frumentum, ex diu concluſis
53 mei pectoris penetralibus materiam excutis, * proindeq; quæſi-
to accedens; in Magiſtratuum deſignatione conditiones ſex in
vnoquoque deligendo à Principibus examinari debere exiſtimo;
quas vbi Eos deprehendiſſe contingerit, ordinationē accelerent;

certa

certa animi propenſione inuitent; cogantq́; nolentem: Namq́; ſecundum eorum corda ſe Magiſtratus conſtituiſſe; eoſdemq́; in dies cõſtituere, facilè intelligere poterunt; quod Ipſos affectare, exardereq́; quammaximè pronunciatum legitur in pragmatica incip.Regię Dignitati; infra de Syndicatu official. dum in ea dictum eſt. *ad quos nihil tam neceſſarium eſſe credimus; quam eos Regimini noſtrorum populorum præponere; qui ſecundum mentem noſtram eis præſint, & de iuſtitia prouideant.* de qua re late ſupra in prima parte, in ſecundo Notabili dictum eſt. Miu. Perge nunc Imbriane; quæ nam hæc ipſa ſex erunt; quæ Principibus animaduertenda propoſuiſti? Imb. Maxima quidem; & quæ non ſine admiratione in ſubſtratis perſonis deprehendere offertur; qualia ſunt; Docendi Peritia, Facundia Dicendi, Subtilitas interpretandi, Dictorum copia, Morum excellentia, & Virtus Fortitudinis; quæ ſcitè admodum recenſuit Abbas in cap.propoſuiſti, col. vltima, de probatio. & in cap.cum in cunctis, in princ.de electio. Ipſi etenim, vti ardentes, perlucideq́; lucernæ in Principum Re-
54 gnantium portis ſplendeſcentes iura, * ipſa docendi peritia enucleabunt; quæ vere ſcientiæ argumentum præſefert; cum docere poſſit nemo, niſi prius ſciuerit, quæ tradere intendit, vt in iam dictis incidens ſimul aſſeras Doctores eos eſſe debere, & non ſine Doctrina, dicto cap.conuenientibus, & facit textus in §.Doctorē, 86. diſtinctio. Nam alias; cum à Deo poteſtates eſſe probentur,
55 * nequaquam non bene docere valentes ex Deo eſſe crederentur,
56 vt in cap.ideo diuina 24.quæſt.3. Poſito præterea, * influere potentius in Auditorum animos, quæ orationis ſplendore contingerit illuſtrari; pręfata dicendi vbertate enucleatum ipſi ius cor-
57 dibus figent, * quod ipſum præſtare poſſe à Docente ſeiunctum eſſe non debet; nec creditur; cum qui aliqua docet; illa ſimul perſuadendi facultatem habere præſumatur. Vnde hæc ipſa perſtrin-
58 gentem * Rhetoricam facultatem ciuilis huius noſtræ ſcientiæ partem eſſe primo Rhetoricorum Cicero tradidit; ac nedum quidem partem; ſed & omnium liberalium Alumnam, ornamentum; atque Imperatricem, vt optimè proſequitur Lucas de Penna in allegata l.vniuerſos, C.de ſtudijs liberal. Vrbis Romæ ſub num.6. verſ.hæc autem. Subtilitate tertio loco antiquos, ac ſane perplexos legum nodos ſoluent; cum vaſta, ſcribentium curioſitate, controuerſi iuris prodierit caterua; Eoſdemq́; Dictorũ copia elucidabunt; Morum excellentia inconcuſſa, imperuerribiliaq́; cuncta
59 efficient; * cum Præſidentium integritatem ſubditorum ſalus pro

K neceſſi-

neceſſitate ſequatur; quæ item omnia Fortitudinis virtute æter-
na facient; vt nunc ex cordis abundantia efferatur erumpere.
60 * *Fœlices, fœliciaq; ter, & amplius Ciuitates, Prouintias, Regnaq;
fore. ſi ſic effectis, taliterq; condecoratis Magiſtratibus regerentur.*
à quibus ſanè cuncta tractari, ac regi, natura iuſtum eſſet; ſecun-
dum quam, ſapientiores imperare, præeſſeq; cæteris debere, Pla-
to probauit in Gordia; ac pluſquam Rudiores habere; concinitq;
61 Philoſophi illud, *In omni genere primum quod eſt, potiſſimum, ac
perfectum eſſe oportere, ac pro adminiſtrationis modo, in eo pruden-
tiam, ac virtutem exigi*; At bene vetus deſiderium iſtud intermit-
62 tam; vt ſecurus pro more ad Rem ipſam redeam: * vnde rurſus
Doctos eos eſſe debere, nedum quoad iuris peritiam intelligen-
dum eſt: Sed quod & Rerum ſimul in Ciuitatibus, Regnis, & Im-
perijs gerendarum optimum, vel ſaltim non contemnendum; ea-
rum ſæpius tractata viciſſitudine, experimentum aſſequuti ſint,
vt dicitur in dicto auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio in §. qua-
propter, & vulgato §. quia vero, in auth. de iudicib. & habes per
63 Bald. in proemio inſtitutio. in princ. * Rectè ſiquidem, & ſanctè
iudicandi tria inſtrumenta credita ſunt, videlicet, ſcientia, ratio,
& de qua loquimur, experientia, vt apud Platonem de Republica
dialogo 9. & Philoſophum 10. Ethicorum, Nicomach. cap. item q.
64 * Vnde expertorum glorioſus dicitur intellectus, memorãdumq;
conſilium; vt patet Eccleſiaſtici cap. 25. dum dicitur, *Quam ſpe-
tioſa veteranis ſapientia; & glorioſus intellectus, & conſilium.*
65 * Facit etenim illud, vt vita hæc noſtra in Ciuitatibus ſotialis ſe-
cundum artes progrediatur; vt procul ab imperitia ſecernatur;
quæ non niſi fortuna ipſa dumtaxat comitante dirigit: Quorum
altero nil fęlicius, nil miſerius altero excogitari poteſt; & vt con-
66 cludamus, ea tanti exiſtimata eſt, * vt ſola ad iudicandum ſuffi-
cere credita ſit in textu in l certi iuris, C. de iuditijs. Cuius ver-
ba tranſcribere non teduit; dum ſic in ea Inſtinianus loquitur,
*Certi iuris eſt, quod conceſſa eſt etiam militaribus hominibus iudi-
candi facultas: quid enim obſtaculi eſt; homines, qui alicuius rei peri-
tiam habent, de ea iudicare? cum ſciamus, & militares Magiſtratus,
& omnes tales homines per vſum quotidianum iam eſſe approbatos,
vt & audiant lites, easq; dirimant, & pro ſui, & legis ſcientia huiuſ-
modi altercationibus finem imponant.* Reſpõdetq; admodum quod
in ſpeculo humanæ vitæ lib. 1. cap. 18. Zamorenſis retulit Epiſco-
67 pus, * dum teſtatur vidiſſe ſe in Germania Ciuitates plurimas po
pulatiſſimas quidem, atque optima politia gaudentes, in quibus
Ciuis

Ciuis vnus iuris ignarus in decidendis cauſis penitus inexpertus totius Ciuitatis cauſas breui momento pacificè,& incredibili ſilentio terminabat;illud tamen verum eſt,quod ſubijcit.non iuris Doctrina ibi diſceptari; & ſic penitus Aduocatorum officium intermitti; ſed vnumquemque pro ſui facundia cauſam dicere ; vnde ſecus hic ſentiendum, vbi & ius frequentiſſimum eſt, ſollemne forum,ac Aduocatorũ ferè curioſitas intollerabilis. At ad Rem
68 redeamus : Dictum denique eſt, * Rationem his neceſſariam fore,vt quęcunque,videlicet,legibus minimè definita noſcerentur,
69 conſultiſſimi ipſi ratione moderari,ac definire poſſent, * quæ vel pauciſſimi fragili hominum conditione ſuppoſita, eis reſeruari debere, Philoſophus 1.Rhetoric.c.5. docuit, quod ſanè ex tot legum voluminibus præſtitum quiſque, à multis hucuſque temporibus arguere poteſt; Cuius rei rationem in materiæ progreſſu Auenti Tibi commodiſſimè ſubijciam: quod ſi denique contra hanc ſanam Principum mentem ordinati iudices fuerint; ac per omnium errorum Matrem, ignorantiam inquam, vel imprudentiam malè iudicaſſe comperientur; in ſubditorum ſolatium, qui in perſona, vel bonis injuria aliqua fuerint affecti; illud vetus refugium adeſt, vt ſyndicatus, videlicet lege propoſita per pœnæ luitionem,ignorantiæ,vel imprudentiæ in eos diſpunctione habita, adiſcant vlterius, quæ congruant ipſis deinceps pertractare.
70 * Namque turpe eis accidit, imo turpiſſimum, ſecundum Ciceronem 3.de legibus, atque impijſſimum,ius ignorare, ſub quo viuunt;quodq; miniſtrant,veluti ſub eius prouidentia iuſtitia con-
71 ſtituta,vt in l.1.§.Seruius Sulpitius,ff.de origine iuris;* idq; non immeritò,cum artium artem;& animarum regimen illud protendat,vt in cap.cum ſit extra de ætate,& qualit.eodemq; omnis humana præcidatur audacia, ac perquirenda tuta ſubſtineatur innocentia, cap. ad fidem, & cap.non fruſtra 23. quæſt.5. & in cap. factæ.4.diſt. quæ omnia eos longè,lateq; protendere, euulgareq;
72 pro ſuſcepti oneris functione,debere manifeſtum eſt;* ac proinde ignorantes ipſi ſe iuri dicundo, miniſtrandæq; iuſtitiæ præficiendo;& per ignorantiam iudicando,non dicuntur citra culpam agere,vt in l.ſi quis fundum,§.ſi quis vitulos,ff.locati, & habetur per Gloſam magnam in l.ſi quis per imprudentiam,ff.de euictio. vt meritò,pro iudicis arbitrio tamen, veniant puniendi,vt in Re-
73 gni Conſtitutione,ſi iudex,notatum habes,* quod,& in artificibus pariter omnibus locum vindicare tibi ſuadeas; iuxta plenè notata per Caualcanum in ſua deciſ. iuditiali 26. Min. At nunc vti

Digitized by Google

quam dixiſti in eligendorum perſonis à Principibus exigendam iuris Doctrinam, in eiſdem adeſſe ipſi aſſequentur? Imb. Difficile admodum exiſtimatum eſt, in tanta deſignandorum copia Doctrinam, iuriſq; peritiam aſſequi; aliaue ſimul, quæ propoſuimus; varijs tamen argumentis ad eam, cæteraq; alia deprehendenda decertare Principes non ceſſarunt. Min. De argumentis præfatis
74 quæſo ne pigeat diſſerere. Imb. * Primo quidem illud expendere curabunt; vt habitarum adminiſtrationum exitus diligenter attendant; quales, nempè illi populis ceſſerint, vbi aliarum iam antea adminiſtrationum fuerint effecti participes: Namq; qua cum Prudentia, Doctrina, & Bonitate ſe in illis geſſerint, eiſdem, veluti comitibus præeuntibus, alias ſe deinde tractaturos, præſumptio eſt; iuſſionum præterea principalium euentus; quemadmodum videlicet, eis ſubmoniti, ſi fuerint, dignè, vtiliterq; proſequuti ſint; quod ſi hæc ipſa, aut huiuſmodi cætera rectè, ac pro officij, iuſſioniſq; modo, decoreque tractauerint, tunc iure eorum fides multis tamquam argumentis elicita, nedum à frugalibus, & liberalibus Principibus amanda eſt; ſed de neceſſitate augenda, maioribuſq; ſtipendijs munienda; ſi iam dictis virtutum ornamentis deſtituti videri nolunt; quò perfectiſsimi eo modo probati, excepti, ac aucti, non ſine omnium documento, Reipublicę commodo, & regnantium dignitate, tandem ipſis aſsiſtere mereantur. Min. Vti verò hanc ipſam partem, & maximam quidem ſuarum functionum perſoluere Principes poterunt? Imb. Iam diu eſt, quod in idipſum principalis penetrauit diſpoſitio, vt patet in Pragmatica 7. in §. E nel tomar de los Syndicados, ſub titulo de cõpoſitio.
75 * Vbi in officijs ſucceſſoribus iniunctum videre eſt; vt de Prædeceſſorum ſuorum adminiſtrationibus clam ſe informare; ac Principi ipſi inſinuare debeant: doleo tamen iſtud tam ſanctum inſtitutum, pro huius Regni flagello, in deſuetudinem protractum; ſed ex eo hoc ipſum eueniſſe reor, quod interdum, vt dicitur, *Aſinus, aſinum non prendit;* facitq; vulgatum Naturę principium, *Quod tibi fieri non vis, alteri ne facias:* de quo in cap. 1. 1. diſtinct.
76 Verum redeamus ad rem, vt ad eos nos conuertamus, * qui de nouo adminiſtrationes ambire incipiũt; qui & ipſi pariter à Principibus negligendi non ſunt; vt ſucceſſione temporum prouectioribus decedentibus, in eorum locum, veluti nouę, ex eorum prudentia, adſcitè, parteq; ſoboles, ſubſtitui, ac ſubrogari valeant: Quare quoad eos in hac ipſa re creditur pertinere, frequentiſsimè ad certam metam deuentum animaduertere eſt; quam vbi

eorum

eorum quiſque ad hæc ipſa decurrens meritus fuerit, habilitatis,
exigendæque Doctrinæ argumentum præſeferat, & in ſumma
* doctus creditur, qui Doctoratus inſignibus decoratus effertur,
atque huius generis homines Pragmatica ſanctione in Magiſtra-
tus acciri debere, efflagitatum eſt; vt & præterquam callere de-
bent, callereq; præſumuntur, iuris peritiam, * eius pariter cauſa
in dignitate perſiſtant; quam dignè illum adeunti, Doctoratum
afferre, nō ambingitur, vt in cap. quanto de magiſtris, & habetur
per Panormitanum in dicto cap. propoſuiſti, num. 11. & in cap.
clerici, de vita, & honeſt. cleric. & in cap. clerici, de iuditijs; am-
pliando, vt per Conradum in ſuo Templo lib. 1. c. 1. §. item primo.
quæſt. 2. nnm. 24. vt eandem, videlicet Artium, & Medicinæ Do-
9 ctori, ex recepta ſcribentium ſententia tribuat. * Imo eorum
tantus, præterea, fauor effertur; vt cuicunque Militi facilè Præ-
lati fuerint, arg. l. ſi quis in bello, ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ.
& præferendos venire voluit Baldus in proemio Digeſtorum; ac
non mediocri diſputatione Conradus loco allegato proſequutus
80 eſt, * quippe cum illi cogniti ſint; aſsiduéq; videantur, quorum
conſultiſsima verba, Dei pręcepto ſequuntur populi, in quorumq;
ſplendore aſſiduè perambulant, cap. ſi ergo 8. quæſt. 1. Vnde
illud eſt, vt nunquam ſine digna aliqua præfatione ipſi à Princi-
pibus nominati ſint; interdum ſiquidem Anteceſſores eos nuncu-
parunt, tum Magiſtros, Profeſſores, Dominos, Præceptores, Iuriſ-
peritos, Iureconſultos, Sacerdotes, Patres, Antiſtites, viros excel-
ſiores, & alijs multis ſimilibus, de quibus ad ſaturitatem legis
81 apud Conradum loco citato in fine. * At quod verè Militibus ipſi
præferendi ſint; apertè ita aſſequeris, ſi quid Gregorio Fiſcello
Iuriſconſulto interdum euenerit; exaudire non diſpliceat. Min.
Imo quammaximè placet. Imb. Namq; ſuſceptis à Sigiſmundo
Cæſare æqueſtris militiæ inſignibus, cum is de rebus arduis Si-
giſmundo conſultante, Baſilienſem Synodum adiſſet, dubius erat
legum ne Doctoribus in vnum locum coniunctis, an æquitibus
item in alium ſeparatis ſeſe coniungeret; cumq; tandem ad ęqui-
tes inclinaret, Stultè agis, tunc Sigiſmundus inquit, qui literis
militiam præfers, nam ego Milites vna die mille fecerim; Docto-
rem vnum in mille annis non fecerim; & ſic ab eo Imperatore
Doctrinam Militiæ pręlatam vides; tantò humano generi condu-
82 cibilem illam regnantes longa ſerie aſſequuti ſunt, * quod ſi ſub-
inde Doctoratus ſtructuram, & ſollennitates attendas; maximam
83 item Doctoris dignitatem eſſe, firmiter proloqui poteris, * vt qui
multis

Digitized by Google

multis non leuibus ſollennitatibus celebratur; atque indulgetur, vt habes per Alciatum libro Paradoxorum 3.cap.16.quem refert Pandus in Pragmatica diſpendia litium,num.19. Min. Quæ verò eius ſollennitates ſunt? Imb. Sex illę numero recitantur non contemnendæ,videlicet, Rigoroſum examen; Eius approbatio; Promotorum iurata depoſitio de doctorandi ſufficientia, de quibus in l. nemini, C.de aduoc.diuerſ.iudic. In ſignum ſplendoris prætereа Birreti impoſitio, Cathredæ inueſtitura,& Librorum apertura; poſtea verò illis vlterius anulus imponitur, oſculum
84 datur, & benedictio,* quæ tres poſteriores non ad eius ſubſtantiam relatæ ſunt; cum,& in matrimonijs ſimiliter frequententur; in quibus palam eſt,mulieribus oſculum dari,eaſdemq; anulo inſigniri, ac benedici; de quibus omnibus plura habes apud Fabrũ in §.Reſponſa, inſtitut.de iure natur. Guid. Papam in quæſt. delfina.388. Baldum in proemio Decretalium, Bart. in l.Magiſtros, C.de profeſſ. & medic.lib.10. & multa congerentem Caſſaneum in ſuo tractatu gloriæ Mundi parte conſide. num. vt merito nunc receptui canendo, viuis plurimorum magni nominis in Almo Collegio exiſtentium Doctorum, ac Patrum teſtimonijs procedentibus, & approbationem enunciantibus, ſpetia-
85 liter ad iura populis reddenda facultatem aſſequantur,* nullo alio examine ſollicitandi,vt in Pragmat.22.§.vltimo,infra de officio Sacri Regij Concilij: Quod ipſum quoad Doctrinam exau-
86 diendum puto. * Nam cum mores mutari ſoleant, maxima cum legum ſtabilitate, conuenit ſuper eis dignoſcendis Principes inuigilare; ne furentibus gladium miniſtraſſe deprehendant; prout benè facit ſingularis Gloſa in l.1. §.hoc interdictum, ff.de tabul. exhibend.in verbo imperfectam;quam refert,& ſequitur Socinus in cap. conſtitutus num. 11. de purgatio.canonica. illo denique
87 circa ea,quæ dicta ſunt,animaduerſo,* quod & ſi pręallegata ſanctio de euocandis in Sacrum Regium Concilium;atq; in eius deſignandis Conſiliarijs loqui deprehendatur; in omnibus tamen regijs iudicantibus ea recepta eſt. Min. Imo non in omnibus?
88 * cum acceperimus, ac aſſiduè in hoc Regno videre ſit; Hiſpanos quoſdam Milites, vix armis depoſitis ad officia præfata, iuraq; dicenda accerſiri,& ordinari? Imb. Ne tibi hoc mirum Minutule videatur; Nam, & hi, vti qui intus *Catholicum*, *Inuictiſſimum*, *& Iuris Relligioſiſſimum Philippum huius Nominis ſecundum*, *Hiſpaniarum Regem* habent; tamquam Aſsiſtentes ſtrenui, & obſeruantiſsimi Fideles; arma non minus, quàm leges; & leges

pariter

pariter ipſas, non minus, quàm arma ſtrenuè, relligioſeq; profitentur; quò ſiue pacis,ſiue bellorum continuatis, in:extiſq; temporibus,exigenti illi expolita eorum ſtudia opportuniſsimè pręb-
89 beant.* Doctores autem eos eſſe, ex allegata Sanctione non exigitur; cum ſufficiat eis licentiam ad hæc ipſa, obſeruata quadam ſollennitate in partiri, qua procedente, ex nimium recepta conſuetudine,facilè pro Doctoribus reputantur, eorumq; circumſcribuntur appellatione; ex quo in fauorabilibus verſari creduntur; iuxta allegata per Boerium in tract.de authoritate Supremi Concilij, num.97. Min. Cur hoc ipſum? Imb. Eius quidem rei nec ratio incognita eſt:maxima etenim cum difficultate in Hiſpaniarum partibus Iuris Profeſſores Doctoratus inſignibus initiantur, non tam laboris reſpectu in Cathedris ſuſtinendi; quàm expenſa-
90 rum, quæ maxime fiunt,* & præſertim in Salamanticis Scholis, ex quibus, qui vel Licentiati,vel Doctores prodeunt, tanquam ſi ex Equo Troiano fuerint dimiſsi, maximum eruditionis vbique locorum,ac penè incomparabilis commẽdationis incrementum
91 præſeferunt. Præterea, * quia ſcientiam, vel inueniendo, vel diſcendo à Magiſtro conſequimur, vt per Diuum Thomam in 2. de Anima textu 58. illud, quò magis ex Doctoratu deſcendens præ-
92 ſumptio Doctrinæ inualeſceret: nouiſsimè conſtitutum eſt,* non aliter, videlicet ad huiuſmodi dignitatem Iuris ſtudioſos promouendos fore; quam per quinquennium continuum Iuris Ciuilis, ac Pontificij ſtudijs eos operam nauaſſe publicis in ſcholis compertum fuerit;vt patet in Pragmatica 9. Illuſtriſſimi,& Excellentiſsimi Comitis Mirandæ Proregis; cum qua concordat textus Iuris Canonici in c.ordinatos 56.diſtinctio. quem ad hoc Notabiliter expendit Petrus Rauennas in ſuo ſing.915.Atque,vt reor,
93 * præſens Pragmatica ſanctio ex Hiſpalenſi lege huc perducta eſt; cum concordare cum ea deprehendatur textus in l. 12. titulo 7.libro 1. in Recupilationis 1.parte; vbi & ſuper illo item prouidetur; quid videlicet, faciendum ſit; vbi qui ſe ad Doctoratum petit admitti, non in loco Doctoratus aſſequendi,ſed apud aliam degens vniuerſitatem pręſcripta ſtudia compleuerit;& ſic quemadmodum ea in re per eum vtiliter extrui probationes valeant,
94 * quam in hoc Regno ob matriculæ inſtitutionem, per matriculam extrui oportere,euidentiſsimum eſt;idq; in eum modum putatur attendendum,* vt nec vlterius ſcholaribus indultis immu-
95 nitatibus, atque priuilegijs gaudere poſsit quicunque iuris ſtudioſus in matricula deſcriptus non reperitur, arg. textus in l. 3

C.de officio Magiſtri militum, quod, & ſingulariter in ſuo ſecundo Notabili Mugellanus Dinus complexus eſt, & facit quod de Militibus notauit Bald.in l.penultima,ff.ex quib.cauſis maiores. Min. Sed quid ſi ante matriculæ ordinationem ſtuduerit quis,vel partim ante,& partim poſt inductam matriculam? vti ad gradum prodeunti illi conſultum intelligemus, ac noſtris tunc in Regno extitit? Imb. Primo caſu teſtes induci poterunt,atque ita ipſe in Regno induxi; ſecundo verò,& matricula,& teſtes adhiberi poterunt, prout fuere inducti; ita quod ſtudiorum præſcripta tempora ab eorum initio ad Matriculam vſque teſtes anteferant, reliqua verò ad finē Matricula protendat: non minus tamen faciunt ad præfatę Pragmaticæ intellectum,quæ longè anterioribus temporibus Romani Principes ſanxerunt; de quibus in §.ſed quia ſolitum, in proœmio Pandectarum, & in l.iubemus, & in l.petitio-
96 nis,C.de aduocatis diuerſ.iudic.* vbi non ante ad Aduocationis officium iuris profeſſorem perduci præcipitur; niſi quinque annorum ſpatium continuum in iuris prælectione conſumarit; iux-
97 ta præſcriptum modum in dicto §. ſed quia ſolitum, * in quorum anno primo friuolo, ac ridiculo cognomine Dupondij, quaſi tu dicas diobolares,dici poſſunt; quarto anno Lyte; quinto verò, & poſtremo Prolyte: quod emenſi iam ſcientiæ anfractus,tantū non ex difficultatibus ſe abſoluerint,vt legere eſt apud Cęlium lib.4. antiquarum lectio.cap.7.quod multo magis in his,qui iura redi-
98 turi ſunt, ex ſupradictis putatur exigendum: * Imo,& aliud præterea in eo, quem effingimus, Regni Iudice per Reginæ Ioannæ ordinationem,de qua inter Capitula Regni, incip. Vt ſtatus,requiſitum eſt;vt non aliter ad Doctoratum,ſeu iuſtitię exercitium is perducendus ſit,niſi per aliud quinquēnium Regni huius Conſtitutiones, Capitula, Ritus,atque alias paſſim promulgatas ſanctiones,ſtudio non intermiſſo tractauerit;quem cōtextum ad hoc expēdit Paris de Puteo in tract.Syndicatus,in verbo Aſſeſſor,c.2. nu.7. animaduertens iudicantem potiſſimum Prouintiæ ſenſum; cui pręeſſe debet,callere oportere;quem in præfatis iuribus claudi, recitari, & repræſentari populis palam eſt. Sed heu, quò me bone Princeps ducis? Min. Quid eſt Imbriane? quid modò te turbat? Tot ſtudijs fortaſſe cōſumenda tēpora tibi moleſta ſunt?
99 Imb. Non vtique? * Doleo magis tam ſanctam ordinationem corruptore otio coinquinatam obſoleuiſſe, ac non ſine iniuria, nec memorari illam quidem. Nam,vt vera loquar, vix quinquennio præfato vtriuſq; iuris cēſuram, ad illam conuolantes iuuenes

attigiſſe

Digitized by Google

attigiſſe deprehenduntur; vbi ad iuſtitię adminiſtrationes exercen-
das; quamuis bene fatigatis Principibus, euocantur; vt merito vel
pro parte iam penitus collapſam commentæ Nouellę Pragmaticæ
diſpoſitione roborari oportuerit; vnde conſtitutiones, atque alia
præfata Regni iura, eos bonorum pace, pęnitus ignorare certũ eſt:
100 * imo vlterius parum ipſi vltra primas litteras progreſsi, falſam
ſcientię perſuaſionem induti cedere peritis indignantur, quibus in-
iuria locum auferentes, veluti iure quodam poteſtatis, in populo-
rum perniciem, propriam ſtultitiam perdocent; atque in ordinan-
tium dedecus ignorata iura continuis lapſibus perdiſcunt; Aſino-
rumq; cadentium inſtar, eorum locos, ſedesue, non ſine confuſione,
comminiſcuntur; quò nil turpius; vt notat gloſa in cap. ſi beneficia,
de præbendis in 6. & Marianus ſequitur in cap. ex conſcientia nu. 5.
de crimine falſi. Ad iſtud ergo benè aduertant iuſtiſsimi Principes,
*Ne aſinum pro equo aratro adhibeant; ac linceis quandoque ridiculò
cæcum præeſſe faciant.* Sed auferamus nunc manus, vt dicitur de
tabula; ſat enim ſit in hac ipſa se tam optimas, atque imperuertibi-
les diſpoſitiones meminiſſe, & ad hæc ipſa currentibus alijs eſcam
ſubminiſtraſſe; Cum ne dum Doctores eos eſſe debere regia exigat
ſanctio; ſed, & doctos, vt dictum eſt; quaſi quod præfata omnia pa-
rum ſufficere, inſinuatum ſit; niſi plus vltra; deſignandorũ peritiam,
& iuris ſcientiam, ex multis rerum argumentis, iuxta commonita,
101 Principes aſſecuti ſint,* ne tantæ molis Doctorem populis euulga-
re contingat; quantæ vulgatis illis circumſcribitur carminibus,

Quod voco te iuris Doctorem vtriuſque ſuperbis,
At deſorbilibus iuribus ipſe loquor.

Et qui eiuſmodi ſunt generis, illi ſanè intelliguntur, quorum vitæ
otium; ac præcipuè ſtatutorum temporum non in eruditione com-
paranda; Sed potius monſtruoſo vitiorum centone impenſum eſt;
quippe, cum ſit manifeſtum, reperiri neminem; qui ſtudioſa tentus
mentis peregrinatione eruditionis nihil; alioquin ad illam, natura
genitus, aſſecutus ſit; in quorum exprobationem huc vellem recen-
ſeri; quæ copioſè, ac ex animi ſententia Lucas de Penna refert, ex-
102 clamatq; in l. vnica C. de athletis num. 3. lib. 10. * Vnum tamen
Minutule non deſeram, quod quandoque optimè quidem indolis,
ac ad perferendos cõſiliorum labores fortes à Principibus eligun-
tur; poſt verò ſuſceptas adminiſtrationes, ac adeptas dignitates,
ex robuſtis Leonibus fragiles ſeſe eſſe ſuſceptis laboribus voce,
vultu, omniq; geſtu ſimulant; quò pro iuſtitia implenda munera
deſerant, & grata otia ſeduli perquirant; ſtudijs ſanitatem atteri,

Digitized by Google

ac vitam minui figurantes; ſed illa vite, aut robori detraxerunt
103 vnquam, * ſi modo gulę, ventriq́; tanta ciborum varietate indulgere nolint; quæ facile cupidinē admittit, & muſas fugat, tam magno inter ſe diſcrimine pugnant; pro quare, ne digreſſioni aperiatur locus, Fulgoſium lib. rerum admirab. 8. cap. 14. petere non pigeat, vbi ſtudioſiſſimorum plurium cenſendam ætatem, ac plus memorat. Min. Quia illos deligendos dixiſti; in quibus experimenti nitor fulgeat; illud nunc quęro Imbriane; num ſi eruditus quis ſit; verum Adoleſcens; ad huiuſmodi adminiſtrationes ſibi poterit adi-
104 tum comparare? Imb. * Qui in ea ſunt ætate, vt latius, quàm petiiſti rem exequar, quæ rectam prudentiæ rationem non habet, vt puberum, non vtique in iudices poterunt ordinari, vt in l. quidam conſulebant ff. de re iudicata, vbi per Doctores, & dicitur in cap. eſt viceſimum, de officio delegati, & facit textus in cap. cum in cunctis de electio. & in l. ad rem ff. de muneri. & honori. cum alijs allegatis apud Nepotem de Monte Albano in ſuo libello fugitiuo, in exceptione cōtra iudicem col. 5. & Vantium in nullitate ex defectu iu-
105 riſdictionis delegatę num. 39. * quantum verò ad iuris eruditos; communi iure probatum eſt; minorem vigintiquinque annis, vt or-
106 dinarij iudicis normam proſequatur, admitti non poſſe, * cęterum ſi delegatam, in decimooctauo ad illam poſſe promoueri non dubitatur, vel etiam in decimoſeptimo, vbi illum à Principe effingas ordinari; vt in d. cap. eſt viceſimum. Min. Quod dictum eſt communi iure obtinere dixiſti; dicas modo quid inde ea in re Regni iure receptum ſit? Imb. Quod quæris loco proſequebar, ac proinde
107 * quod in delegato communi iure legitur conſtitutum, illud idem & hoc noſtro in ordinario obtinere datū, effectumue eſt; cum prouecta, & maior, vt dicitur ætas non amplius in vigeſimoquinto; vt veteri olim iure, ſed decimooctauo completo hoc noſtro conſide-
108 retur, * quod ipſum conſtitutione fieri potuiſſe, ac poſſe, correptis iam ætatum gradibus, accerſita præterea, acceleratáq́; magis in iuuenibus malitia; vulgare eſt; vt habetur, & notatur in Regni conſtitutio. incip. Minorum iura, & ſic bene apud Nos eiuſmodi ætate vigentes, vbi Doctoratus illuſtribus inſignibus fulgeant, in iudices ordinari poterunt; iuxta notata per Nouiſſimos Interpretes in Pragmatica 2. numero 320. & ſequentibus de Regimine vniuerſ. Quod tamen mea ſententia, quæ plurimorum circumfertur, non
109 laudo, * cum in ea ætate manifeſtum ſit, optimum in ſibi commiſſis ciuitatibus rerum gerendarum argumentum eos habere non poſſe; quod ex antedictis nō minus ipſa iuris peritia in illis exigendum

dum conſtat; quippe, cum non ſit in ciuitatum, & prouintiarum
viſceribus,quod ſordidum,intricatum, ac languidum valeat con-
ſiderari; quod eis expurgandum, dirimendum, ſtabiliendum, ac
diglutiendum ſimul nō reſeruetur;in quibus quidem etiam exper-
tiſſimorum mentes deficerent,ſi mentis integritate, Deo coniun-
cti, Diuino eius prȩſidio non iuuarentur; vt in externo ſermone
plenius commonuimus: At ſi vetera inſtituta ſectari licet; non
110 facile eiuſmodi ȩtati dabitur indulgere; * vnde apud Bracmanas
iuueni auditori nec loqui,nec ſternutare,nec etiam excreare lice-
bat; & ſi qua die quid ex his admiſiſſet, vti incontinens ab homi-
num cȩtu eijciebatur; vbi verò ad trigeſimumſeptimum annum
perueniſſet; ad laxius, licentiusq; viuendum in ſua ſecedens, ad-
mittebatur, ſyndonem induebat, ac aurum in manibus moderatè
geſtabat, quaſi in eam ætatem prouectus, conſiliorum particeps
effectus optime Reipublicæ conſulere ſperaretur; ita Strabone
111 lib.15.referente;atque enixius ad rem accedendo,* apud Roma-
nos ad iudicādum legitimum tempus trigintaquinque annorum
extitit; quaſi quod virilis,ac bene prouecta ætas in ea re, pro eius
grauitate exigenda ſit; prout ex Suetionio de lege Auguſti ſatis
offertur elicere; dum inquit, *Iudices à trigeſimo ætatis anno allegit,
ideſt, quinquennio maturius, quam ſolebant;* quod, & in Epiſcopo-
rum ordinatione vſque ad momentum ſeruari cum ratione, tum
lege in ſumma de electione docuit Hoſtienſis in §.quis eligendus,
113 atque alij in additione citati. * Quare alterius inferioris ætatis,
impuberes, videlicet, nec memorandi quidem in his occurrunt;
cum eius eſſe conditionis inſpiciantur, vt ferè nullam prudentiæ
114 rationem callere præſumantur. * Nam cum iuditij ſubſtantia in
æqui diſcretione conſiſtat, vt in allegata l. 1. ff.de iuſtitia, & iure;
ibi, *æquum ab iniquo ſeparantes:* qui eius ȩtatis ſunt,ad huiuſmodi
diſcrimen abſoluendum non ſpectantur habere ſufficientem intel-
lectum; prout de hoc legitur textus in l.fœminæ §.impuberes ff.de
115 regulis iuris, & notatur in dicta l.quidam conſulebant;* quapro-
pter ſi altiora hęc appeterent,naturali imbecillitate cōpreſſi peri-
116 culoſius cadere ſpectarentur,vt in cap.pueri 1.quęſt.1.* Quæ om-
nia ratione eadem ſubſiſtente,in muto,& ſurdo,& perpetuo furio-
ſo exaudienda ſunt; vt in l.cum prætor §.non omnes ff.de iudit.&
in cap.2. verſic.tria ſunt 3.quæſt.7. ac quoad Furioſum attinet, is
117 penitus vitandus eſt, * cum furoris tempore iuſtum putet omne,
quod facit,cap.illa 11.quæſt.3.ac vbi furor eſt,nulla ſubſit ſapien-
tia; ſed potius deſipientia peruagetur, vt notat Archidiac.in cap.

L 2 venter

venter 35.diſtinctio. Et tandem fit ad omnia cęcitas,& pluſquam
118 inſania, ſecundùm Ciceronem lib. Tuſculan.quæſt.3.* Hos cęcus ſubſequatur; qui,& ſi iam acquiſitum Magiſtratum valeat retinere,de nouo tamen ad illum ordinari non debet,vt in l.1.§.quamuis ff. de poſtulando cum allegatis paribus per Vantium loco citato num.42. multa etenim, ac penè innumera corporali ſenſu viſus in iuditijs diſtinguenda occurrunt,quæ nec ſumptuoſiſſimis quidem ꝓbationibus commode fabricari poſſent; & in ſumma abſq; oculorum lumine in multis neceſſe eſſet deficere adminiſtrationem; quare ex eorum miſerabili ordine tunc deligendi Magiſtratus occurrerent; vbi bene oculati non reperirentur; iuxta illud vetus adagium, *Inter cæcos regnat Strabo*; quod vitium procul à nobis vertat Omnipotens Deus,& eius indulgentia Beata virgo Lucia. Min. Quid ſi naturali hoc impedimento non conſiderato eos à Principe ad adminiſtrationes præfatas contingat ſubmoueri?
119 Imb. Adeo * ij in iudices aſſumi non poſſunt; vt nec Principis diſpenſatione valeant ſuſtineri, & hoc obſiſtentis naturalis iuris ratione; aduerſus quod nec Principes ipſos inſurgere poſſe; vulgare eſt, vt habes in clement. paſtoralis verſ.cæterum de re iudicata, & facit textus in §. ſed naturalia inſtitut. de iure nat. & in §. vltimo de legitima agnat.tutela cum ſimilibus. Sed de his non plura, ne amplius, quàm par eſt, per externa vagari deprehendar. Min. Non ſane externa, ſed noſtro,quod proſequimur, inſtituto apprimè accommodata. Verum quia de iuuenibus aliqua ad adminiſtrationes non aſſumendis ſuperius tractaſti,illud nunc cedo; quid
120 iure Principibus præſtandum occurrat,* vbi ex parte vna iuuenum manus;Altera verò ſeniorum Altera concurreret; & ſic eorũ quosnã ipſi pręferre debeant;quos adminiſtrationibus implicent?
121 * ac deinde ſi præfatorum generum homines inuicem ad eaſdem conuenirent docti alij, doctiores verò item alij, ac digniores, qui nam ab eis iure admittendi erunt? Imb. Magnam meſſem proponis, & quidem meis debilibus humeris nequaquam parem: ne tamen inſtitutum deſeram ab eo non alienam interrogationem attendens,per concluſiua capita rem abſoluam;& primo quoad pri-
122 mum quæſitum: * Senectuti innumera priuilegia tributa extitiſſe non ignoras;vti illi,quã ſemper venerandam veteres putauerunt, vt in l.ſemper ff.de iure immunitatis, de quibus plura memorantem habes Lucam in l.3.num.1.C.de Tyronibus lib.12. & facit illud Sapientiæ 4. *Senectus venerabilis eſt.* & Leuitici item 4. aliud, dum iuſſum eſt, *Coram cano capite conſurge,et bonora perſonã ſenis;*
& quoad

Digitized by Google

123 & quoad rem præſentē attinet,* ipſi vti veraciter magis lo quentes cap. conſanguineos 35. quæſt. 6. meritò præ cęteris cōſulendi, & ad dignitates euocandi ſunt, vt in cap. ſtatuimus 61. diſtinctio. notatur inſtitutio. de bon. poſſeſſio. §. aliam: & plenè per Lucam quo ſupra loco; experti enim eorum, qui ad vitam ſunt actuum, temporis in eis diuturnitate cooperante magis deprehenduntur, vt per Philoſophum 1. & 6. Ethic. & habes in cap. niſi cum pridem
124 in §. alia vero cauſa de renuntiat. ac præterea illud accedat,* eorum videlicet mentes ad perfectionem attentius feſtinare; cum non amplius corporis robore agitentur, quin potius, Auguſtino teſte in libro de duodecim Abuſionum gradibus, gradu ſecundo, eorum caligent oculi, aures grauiter audiant, capilli fluant facies in pallorem mutentur, lapſi dentes numero minuātur, cutis arear, flatus non ſuauiter oleat, pectus ſuffocetur, tuſſis attenuet, genua trepident, talos, & pedes tumor inflet; & tandem his omnibus, qui nunquam ſeneſcit, interior homo aggrauetur; ex quibus pariter, & illud eſt; vt non niſi ad religionem eorum ferri cupiditates credendum ſit; iuxta deducta per Lucam in l. Decurio C. de Decurio. num. 2. & 3. lib. 10. ac ſimul iuncta ſatis oſtendunt ſaluberrimum vitæ exemplum eius ætatis homines præſeferre; quod populis explicent, ac proinde ne otio, natura ipſa ſugerēte, tabeſcentes Reipublicę infructuoſi cedant, ad frugiferam hanc eorum cōſiliorum meſſem, ſanè inuitandi, ſubleuandi, ac cogendi denique ſunt; quod ſi antiquitatis ſaniſſimos mores, & inſtituta ſectari licet, ſenectuti honores omnes tributos explicitè obſeruabimus; nec profecto
125 aliud in hoc teſtimonium deferam,* quam verba illa Gellij Noctium Atticarum libro 2. cap. 15. dum inquit, *Apud antiquiſſimos Romanorum neque generi, neque pecuniæ præſtantior honos tribui, quam ætati ſolitus; maiores natu à minoribus colebantur ad Deum prope, & parentum vicem; atque in omni loco, inq; omni ſpetie honoris priores potioresq; habiti: à conuiuio quoque, vt ſcriptum eſt, in antiquitatibus ſeniores à minoribus domum reducebantur: eumq; morem accepiſſe Romanos à Lacedemonijs traditum eſt; apud quos Lycurgi legibus maior rerum omnium honos maiori ætati habebatur:*
126 * non tamen ob hæc ipſa indiſtinctè ſenes præferendos duxerim; cum quandoq; maxime dementiæ fatuiſsimi exempla ferant; quibus nil deteſtabilius ex Eccleſiaſtici cap. 25. enuntiatur; dum dicitur, ꝙ tria Deo valdè odioſa ſunt, videlicet, Pauper ſuperbus, Diues mendax, & Senex fatuus, & inſenſatus; vnde eatenus ſenum canities dignitatis nomine illuſtranda eſt: iuxta illud Prou. c. 20.

Dignitas

Dignitas ſenum eſt canities, quatenus maturitatem, ac cordis ſapientiam protendere animaduertitur. Neque præterea conſiliorum ſenes omnes promiſcuè ad honores quoſcunq; perducendos peroptarim, namq; eos ad iura populis miniſtranda nequaquam conuenit ſubleuari; corporali ſiquidem robore deſtituti in tot voluminum reuolutione, pro veritatis indagine, militare, iuxta voluntatem non poterunt; atq; idcirco ſenes nõ ætate, ſed qui ſcientia præcellant, boniſq; habitibus agere ſeſe videantur, ſummoſq;
127 perpeti labores valeant ad hæc ipſa vocandi ſunt, * videmus etenim quotidie pro excreſcētium cauſarum multitudine ex Aduocatorum, vt creditur, copia, noua erigi tribunalia; ac in eis paſſim augeri Iudicum numerum; quo iuſtitiæ complementum ad illud confugientibus populis minori temporis interuallo, anguſtioriq; expenſarum erogatione miniſtretur, ad quæ videas Lucam in l. vniuerſos C de proxim. ſacro. ſcrinio. lib. 12. nu. 18. & 19. & eundem in l. 3. C. de Tyronibus num. 15. atq; in vniuerſum ne noſtrum
128 tranſcendamus inſtitutum, * Illuſtrem iuuenem, ac ſummi quidem ingenij, optimi nunc Magiſtratus Neapoli argumentum habentem; CAROLVM TAPPIVM adeas in ſuo tract. de iuuene, vbi idipſum exactè, induſtriè, ac nec eleganter minus, vt de more habet, proſequitur. Min. Secundum quęſitũ nunc ne deſeras, rogo. Imb. Vetus quidem quæſtio eſt, quamq; pluribus in ſpetiebus Didacus Couarruuias pro more, luculenter examinauit, vt videre eſt in regula peccatum in relectionis 2. parte §. 7. verſic. igitur iu-
129 ra circa finem, * vbi peccare Communitatis Principem aſſerit aduerſus diſtributiuam iuſtitiam, iuxta quam bona, & Reipublicæ honores ſecũdum cuiuſq; dignitatem ſubditis diſtribuere debet, ſi illud ipſum non præſtet; vel ex Philoſophi ſententia, de qua 2. Politico. cap. 1. & cap. 9. & Ethic. 5. cap. 3. dum inquit, *Ius enim quod eſt in diſtributionibus pro dignitate quadam eſſe oportere, omnes fatentur; dignitatem autem non eſſe eandem omnes aſſerunt*; tu verò ſi plenius edoceri peroptas, Didacum iam dicto loco multipliciter, quod dictum eſt, digerentem pro tui expletione, adire poteris, & Lucam in l. nemini num. 2. C. de præfec. præt. lib. 11. & eundem in l. vnica col. vltima num. 3. C. de athletis lib. 10. Min. Ita faciam, ſed quid vltra? Imb. Aliud ſanè non contemnendum ex
130 propoſito requiſito reaſſumendum venit, atque illud eſt, * quod cum recta prudentiæ ratio in ſparſis, & mundo diuulgatis legum voluminibus comprehenſa ſit; quod ſecundum comprehenſas in eis leges iudicantes ius dicere, miniſtrareq; debeant, conſequens

eſt;

Digitized by Google

131 eſt; * quæ item, quia multiplices ſunt, variarum, ac ſępiſſimè contrariarum diſpoſitionum; quo ordine ſeruandæ in Regno ſint; latè proſequitur Paris in tract. Syndicatus in verbo indicare cap. 1.
132 * Neque verò pluribus legibus hominem ſubiectum eſſe incongruit; cum pro diuerſa eorum qualitate, diuerſorum iurium eos comprehendat diſpoſitio; Namq; vti animal, omnium primum; communeq́; brutis, naturale, hominem, ius habet; cum eo dante ad coeundum; liberos ſuſcipiendum, educandum, & alia his plura ſimilia perficienda ſponte ipſe ſua perducatur; vti verò rationale; particulare, hominem, naturæ ius, quod gentium dictum eſt, proſequitur; quò Deum venerari, patriam, ac parentes colere, probra fugere, ac propulſare, aliaq́; eiuſmodi nouit, vt operaretur; vti præterea dogmate Chriſtianum, illum Canonum Sacroſanctum Pontificum ius fouet; quò diſpunctus ad finem tandem æternæ Beatitudinis perducatur; ſi verò eundem ſub dominanris alicuius ditione metiaris, iam in Regno hoc noſtro Conſtitutionibus, Capitulis, Ritibus, ac plurimis alijs Pragmaticis ſanctionibus alligatum aſſequeris? Si verò tandem eius principium conſeruatiuum attendas, & ſic patriam, vtputa Ciuitatem hanc noſtram tot notis fideliſſimam; vtiq; eundem eius ſtatutis parentem habebis, & in ſumma legibus ipſe, cum pręter eam agit; iudicandus, corrigendusue eſt. Min. Quibus id comprobare offeretur? Imb.
133 * Pluribus quidem, & primò ad hoc illud Auguſtini referamus in libro de vera religione cap. 31. de quo in cap. in iſtis 4. diſtinctio. dum inquit, *In iſtis temporalibus legibus quamquam de eis iudicent homines, cum eas inſtituerint: cum tamen fuerint inſtitutæ, & firmatæ non licebit iudicibus de eis iudicare, ſed ſecundùm ſeipſas.* imo hoc expreſſe pœnæ comminatione prohibitum eſt, vt patet in l. diſceptare C. de crimine ſacril. à qua Regni huius ad verbum petitam conſtitutionem videre eſt in conſtitutio. diſceptare; dum in ea dicitur, *Diſceptare de factis, aut geſtis per Principes, ſacrilegium eſt.*
134 aliaue de foris petita hiſtoria apertius demonſtratur, * dum narratur, Philippum Burgundiæ Principem interdum, cum mutato habitu ſui famam inquireret, compotori in caupona conſuluiſſe, ne vnquam de Principibus ipſe verba faceret; ne fortè, ſi laudaret, mentiretur: ſi verò vituperaret, periclitaretur; vt refert Viues libro 1. de concordia, & diſcord. idq́; non ex alio; quam quod eorum facta, aut geſta reprobare nefas pœnali cõſtitutione effectum ſit; quare, vt rem ex præmiſſis deducamus; ſimpliciter ſecundum ſcriptas leges iudicandum eſſe; concluſio eſt, in quam ſententiã penè

Diuinum

Diuinum Platonem cucurriſſe ex 12. Dialogo de legibus promptum eſt; dum apud eum legitur, *Iudex bonus legiſlatoris ſcripta, velut aliorum ſermonum auxiliaria medicamenta in ſeipſo habere debet, eiſdemq; ſeipſum, & ciuitatem dirigere.* Præterea ad idem conſi-
135 derari poteſt, * quod leges ſuadentibus humanis neceſſitatibus hominibus tributæ ſunt; cum ad eorum vitam, & eſſe conſeruãdum facere fuerint ſpectatæ; ad quod illud Dauidis prodeat, *Legem pone eis Domine, vt ſciant hi, quia homines ſunt.* vt meritò ſubindè neceſſariò cuſtodiendæ efferantur, cap. 1 de conſtit. cum pluribus ibi per gloſam, & Doctores concordantibus allegatis, etiã ſi ſtricti iuris illæ ſint; cuiuſmodi ſtatuta eſſe intelliguntur, vt per eoſdẽ loco allegato: Baldum in auth. ſed nouo iure C. de ſeruis fugit. & innio. Curtium in conſ. 62. in fine. Min. Cur illas ad hominum vitam ſpectare enuntiaſti? Imb. Pro quæſiti explicatione poteris
136 conſiderare, * populum cœtum dici multitudinis iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſotiatum, quemadmodum ex Tullio deduxit Auguſtinus in 2. de Ciuitate Dei, & ex Auguſtino D. Thomas in prima 2. quæſt. 105. art. 2. in corpore, quod ſi ius in tanta ſotietate; & communione intercidit; cur non ad hominum ſotia-
137 torum rationem, & vitã ſpectare eas non dicemus? * quibus alias conſtat formata iuditia, diuiſam terram, roboratam rerum poſſeſſionem, ſucceſſionem præſcriptam, ac cęterarum rerum vſum ordinatum; prout pluribus eo loci Diuus Thomas proſequitur, atq; idem in allegata prima 2. quęſt. 95. art. 1. in corpore. Min. Sed nonne hæc omnia, hiſq; ſimilia cætera, & quæ cuncta ad populorum pacem ſtabiliendam proficere videbantur, viuo hominum iuditio
138 poterant vtiliter magis per tempora ordinari? Imb.* Legum ratione hominibus oportuiſſe cõſuli ad mutuam ſotietatem triplici ratione monſtratum habes apud D. Thomam in dicta prima 2. allegata quæſt. & art. in reſponſione ad ſecundum ex Ariſtotele tamen primo Rhetoricorum, & Ethicorum Nicomach. 10. cap. 9. Quarum prima eſt, ꝙ facilius fuerit adinuenire paucos ſapientes qui ad rectas leges ponendas maturè excitarentur; quam multos, qui ad rectè de ſingulis iudicandũ per tempora poſſent deſignari.
139 Secunda eſt, * ꝙ iuditiũ ex ſcriptis legibus repetendũ magis certum eſſet, indubitatumq; magis populis cederet, cũ illi, qui ad earũ conſtitutionem inſurrexerunt, quid lege ferẽdum fuerit, multo
140 tempore cõſiderauerint; quod ipſum clariſſimum tibi fiet, * ſi rogandarum legum apud Romanos in legiſlationibus inſignes, obtentam rationem repetamus. Min. Hanc ipſam ſummè expeto.

Imb.

Imb. Primò ſcias, apud eos legem trinundino ferri ſolitam; nec alio modo iuſtè, aut ritè poſita dicebatur, niſi trino illo promulgata nundino ſcriberetur: promulgata dicebatur, hoc eſt prouulgata, in vulgus ædita, vt Feſto Pomponio placuit. Min. Hoc ſanè intelligo; ſed quid ſibi velit illud trinundinum non item. Imb.
141 * Trinundinum à ternis nundinis dictum intelligas; Nundinas verò mercatum deſignare, quod quia ſingulis nouem diebus inſtitui ſolitum erat; nundinarum nomine libuit nuncupari; nam octo diebus ruſtici in agris verſabantur, in faciundis operibus occupati, Nona verò intercedente luce in vrbem conueniebant rerum permutationes facturi, lites compoſituri, ac ſuffragia Senatuſconſulto conceſſa, ſi opus foret, laturi; Primis quidem, itemq; ſecundis nundinis lex promulgabatur, vt à ſingulis, atq; vniuerſis, quod ait Macrobius, facilè noſceretur; Tertio verò foro, ſeu mercatu, cum omnis, & vrbana, & agreſtis adeſſet turba, rogatio fiebat; dum pręcone verba legis referente, ſcriba recitabat; & ſi populus ſciebat, lex ferebatur; hoc eſt in æs incidebatur, & reponebatur in ęrario, & tunc demum lata dicebatur; tempore verò item promulgationis, hoc eſt primis, & ſecundis nundinis interdicere; hoc eſt cõtradicere licebat, cum verò lata fuerat tertio exacto nundino, minimè, quam rem Cicero in prima Antonianarum perbellè explicuit, dicens; *Leges duas ab Antonio nulla promulgatione latas; nempe, quod trinundino populo recitatæ non fuerunt, nec licuit illis contradicere, vel, vt magis, interdicere*; prout de his omnibus memorat Antonius Barro de origine iuris, & Patritius de Republica lib. 1. c. 5. & meritò quidem tanta in eis deliberatio exacta eſt; namque, vt apud Platonẽ de Regno dicitur, *nil legibus ſapientius eſſe oportet;*
142 * vnde lex, quæ tumultuariè fertur, mali præſumptionem habet, Philoſopho teſte Ethic. Nicomach. 5. cap. 1. ac multo magis propterea ex hominibus in ſingularibus factis ſubitò, & improuisè petita iuditia. Min. At nonne certum magis eſt, quod viua lo-
143 quentis voce profertur? Imb. Dixi * ex legibus certum magis, in illis æqui, boniq; artem, vt expoſitum eſt, contineri recogitans; quæ nedum authoritate, & ratione confirmata eſt; ſed longo quoque vſu per communia, ex arte particularia demonſtrante; vnde Dux certior ipſa natura dicitur, tum ob multitudinem rationum ex arte manantium; tum etiam ob maiorem animaduerſionem ex
144 arte circumſpecta ſuperaditam: * quod verò de dicto à viua voce procedente prolatum eſt, quod nempe illud certius ſit, ſanè intelligendum eſt, vbi ad ſcriptum aliquod refertur; nam tunc certiſſi

M mum

mum illud iure intelligitur; quod ſi ſola voce, ſubſtratoq; ſimplici
hominis nitatur iuditio, illud, vt iam proximè aſſequutus es, nec
legum certitudini proximè accedere amplius intelligere poteris.
Min. Optimè occurriſti,& profectò ſedaſti ancipitem in his ani-
mum: Vnde tertiam, & poſtremam rationem ordine proſequere.
145 Imb. Tertia verò ratio eſt, * quia leges inflexibiles ſunt, cum in
eis legumlatores de vniuerſalibus, & futuris iudicauerint, in qui-
bus extrinſeco aliquo perturbari,interuertiq; minimè potuerunt;
At ſi iuditijs præeſſent homines; atque ex ſeipſis promere iuditia
poſſent,vtiq; de præſentibus,tamquam ea ferentes,odio,vel amo-
re, pecunia, alijſq; extrinſecis ſimilibus affici poſſent, à quibus,
etiam leges ipſas ſectantes Magiſtratus,nunquam vidimus,atque
audiuimus alienos; ſalua tamen bonorum pace: ad quod accedat,
146 * quod cum putaſſet Zaleucus non ſemper de eadem re iudices
eandem ſententiam fore laturos; definiendarum in ſingulis deli-
ctis condemnationum iudicibus per antea legibus tributum mo-
dum, per leges in omnibus à ſe poſtea poſitas ſubſtulit; Strabone
147 teſte libro 6. * Comprobatq; idem in Critone Plato, dum dixit,
Leges non, ſed homines iniuſtè iudicant; Cui ſubnectatur Philoſophi
dictum 2.Politicorum cap.8. dum inquit, *Iudicare non ſecundum*
148 *legem ſcriptam, ſed, vt ſibi videtur, periculoſum eſt.* * Accedat his
preterea,quod interrogatus Alfonſus Aragonum Rex reſpōderit,
Namque dum ſibi, quibus potiſſimum Conſiliarijs delectaretur,
quæſitum extitiſſet, libris reſpondit, ex quo ab eis ſine metu, ſine
gratia,ac cæteris,quæ noſſe cuperet,fideliter audiret; ita referen-
te Panhormita libro 3. de eius geſtis conſcripto: Quis ergo tam
effere, agreſtiſue naturæ ſpectabitur, ac præter humanos affectus
omnino,qui ſapientiſſimas leges æquè à iudicibus calcandas fore
inficiabitur? à quarum fontibus ne ipſa quoq; bruta abſtinere pa-
149 lam eſt? §.1.inſtit.de iure naturali. * Cum potius hi veri iudican-
tes intelligantur,qui iuditia ipſa per conſtitutas leges hominibus
tractare dignoſcuntur; quiq; nec fraudem aliquam per verſutiam
eis innectere nituntur;Hiq; præterea præſtantiſſimi habendi ſunt,
iuſtiſſimèq; gubernare dicuntur, c.iudicet 3.q.7. dum ibi dicitur,
Bonus autem iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed ſecundum leges, &
iura pronuntiat, eorum videlicet normam,& ordinem ſpeculando,
& cuſtodiendo: Quid enim hominibus poteſt eſſe fęlicius, quam
150 eos de ſolis legibus confidere;* certiſſime cum illę ſint per ſe gra-
ues, pulchre, iuſtè, eligibiles, infirmantium animorum præſenta-
nea medicina; humanæ vitæ ſolatium; ac præſertim iudicum ani-
mos

Digitized by Google

mos informantes: vtq; item æquales ſunt ciuibus ad probitatem,
ciuitatibus ad quietem, & concordiam ſubinde conducibiles, ea-
151 rundem gloriam, & potentiam per ſecula præſeruantes; * & in
ſumma iudicantes omnes animata eſſe in terris iura, directores,
& ſuorum ſubditorum regulas quaſdam; quibus ab erroribus eos
reuocent; & ad vera, iuſtaq; dirigant, ſe monſtrare debent, ſecun-
dum Philoſophum 5. Ethic. Nicomach. cap. 4. Certo ſcientes, q̃ ſi
ſine legibus agere, tractareq́; adminiſtrationes voluerint, cuncta
ſe regna caſſare velle intelligentur, vt aperta ex præmiſſis indicãt
argumenta; ſeq́; præterea amplius iudicum nomine decorare non
152 audeant, * imo Dei, cui conſecratæ leges ſunt, ac conſecrantium
ſimul Principum indignationem ſubituros credant, vt in auth. vt
non luxurientur contra naturam, in fine, ibi. *Dei, & noſtram ira-*
cundiam ſuſtinebunt, qua nihil humanitus terribilius deprehendi-
tur, cum mortis nuntium præſeferat, vt legitur Prouerb. cap. 16.
153 * ac denique eoſdem infamiæ notam; & ex Regni conſtitutioni-
bus bonorum publicationem comitari clariſſimum eſt in Regni
conſtitutione, incip. ſi iudex. Verum plus vltra ex alio, ſanè gra-
uiſſimo, leges non peruertendas intelliges, ſi mecum vna diſcur-
154 ras, * quod illę nedum Deo conſecratæ ſunt, vt patet in vulgato
auth. vt præſides abſque vlla datio. in §. magno igitur Deo, & in
l. 2. C. de veteri iure enucl. §. neque autem incognitum: ſed etiam
Dei Opt. Max. dona eſſe conſpiciuntur, vt clariſſimè enuntiatur
in textu iuris Canonici in cap. nemo 16. q. 3. ibi. *Sed, & veneranda*
Romanæ leges diuinitus per ora priorum Principum promulgatæ,
ad quod ipſum exornandum, & illuſtrandum primo Ficini acce-
dat ſententia; dum apud Platonẽ de legibus dialogo primo ſenſit,
155 * Deum, quoties neceſſitas exigit; tum occultis inſpirationibus,
cum manifeſtis miraculis leges, & earum miſteria reuelare, ſanci-
re palam, ac promulgare; idq́; non ex alio, quam quod euidentiſ-
ſimum ſit, illius cœleſti, ac potenti manu complexa Regum corda
dirigi, recteq́; eiſdem agendi mentem inſpirari; quod conſequen-
ter clariſſimè ex Prouerb. cap. 8. offertur elicere dum ibi dicitur,
Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt; idem ex
eodem 20. dum ſcriptum legis, *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor*
Regis in manu Domini, quocunque enim voluerit, inclinabit illud.
156 Concinitq́; præterea, * quod in l. fin. C. de præſcript. longi temp.
circa vltimum Imperator proteſtatus eſt, ad legum videlicet, pro-
mulgationem legiſlatores ipſos diuino quodam impellente mo-
tu perduci; quod idem in auth. vt omnes obediant iudic. prouint.

M 2 expo-

expoſitum habes, dum in §. vltimo dicitur, *Laudabit Deum, qui*
hæc nos ſancire benè, & iuſtè illuminauit: quod & ipſi denique legiſ-
latores præfatam internam vim, atque poteſtatem coniectantes
perbellè enunciarunt; Nam, vt à Gentilibus, tum Romanis cum
157 Græcis, alijsq; externis exordiamur, * Numa Pompilius Secun-
dus ille Romanorum Rex, quas populo Romano leges tradidit;
158 ab Ægeria Ninpha ſe aſſequutum aſſeruit; * Solon Athenienſibus
datas à Pallade, à qua, & per antea ſuas emanaſſe Draco inſinua-
159 uit;* Licurgus Lacedemonijs inſculptas à Phebo;Menas primum
Aegyptijs ſuaſas à Mercurio; Macomettus, quas Turcis tulit ab
160 Angelo Gabriele; * Minos,quas Cretẽſibus elargitus fuit à Ioue;
Charondas Cartaginenſibus datas à Saturno, Trimegiſtus item
161 Aegyptijs propoſitas ab eodem Mercurio; * Zamolſis Getis im-
partitas à Veſta, Zoroaſter Perſis indultas ab Horomaſi, Zaleu-
162 cus Locrenſibus exhibitas à Minerua, * Plato Magneſijs, & Sicu-
lis ſubminiſtratas à Ioue ſimiliter,& Apolline, vt teſtis eſt Ficinus
in Platonis Minoem, & habes apud eundem Platonem in dialogo
163 primo de legibus,& in c.Moyſes diſt.7.vt omittam * Zoroaſtrem
Bactrianorum Regem; qui ſibi commiſſis populis datas leges ma-
gicis præſtigijs confirmare ſtuduit; atque Zotuaſtem, vel Zotra-
ſtem alterum;qui ſimulata Diuinitate primum Arianis leges prę-
ſcripſit,vt Diodorus Siculus libro antiquit. 2. & 3. cap.5. comme-
morat,& vt tandem ad Dei,& Seruatoris Chriſti Fideles decurra-
164 mus; * Moſes primus Legiſlator fideliſſimè Iudęis repræſentatas
à totius Naturæ Patre Deo, illas in monte tradente prodijſſe, ſa-
165 tis, atque nimis in Diuinis eloquijs protulit. * Deinde Gentium
inſtitutor Paulus Apoſtolus, quas Chriſticolis per Euangelium
enuntiauit ab eodem, dum dixit, *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis;* in hoc Chriſtum Dominum, Eminentiſſimum
Legumlatorem imitatus, qui & Phariſeis interdum de lege memorans, quam tradebat, dixerat, *Hæc Doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me, Patris*. Denique ex noſtratibus legumlatoribus,
166 * Iuſtinianus iuris religioſiſſimus Princeps vniuerſo præſcriptas imperio ab eodem profectas edixit, in dicto §. magno igitur Deo; dum dixit, *Magno igitur Deo, & Seruatori noſtro Ieſu Chriſto laudes pro hac lege ſimul omnes offerant;* quod tanta cum religione
167 profitebatur, * vt nec abſque Dei licentia ad legum promulgationem decurrendum præſumpſerit, vt clarè vouit in auth. hi qui
168 oblig.ſe perhib.hab.res min.in princ. * Quis ergo tantæ audaciæ erit Magiſtratus,qui ſacras,ſanctas,à Deo datas,& ſuo miniſterio
concre-

Digitized by Google

concreditas leges tranſgredi audeat? Quis præterea legum per-
169 fractoribus indulgebit? vbi intellexerit * T.Manlij Torquati Ro-
mani conſulis imperio filium ipſius ſecuri cęſum,quod in diſcipli-
170 nam militarem quid admiſiſſet;* cum vlterius,tam communibus
legibus, quàm Principum Regni huius conſtitutionibus ſatis, ſuf-
ficienterq; earum obſeruatio iudicibus præcepta ſit, vt in auth.
ne in medio litis per totum, in dictâ l.2.in fine,in auth.vt differen-
tes iudices in §. hoc autem; dum ibi dicitur, *Denique aduertant*
propterea ſe gratis conſtitui, & iuſiurandum ſubire, vt vnicuiq; ipſos
adeunti ſecundum principalem legem iuſtitiam ſeruent: atq; ibidem
in principio; dum dicitur, *Si quis cum altero habeat controuerſiam,*
ſiue de pecuniaria cauſa, ſiue quod res illi mobiles abreptæ ſint, vel im-
mobiles, vel ſeipſas mouentes, ſiue de criminalibus, vt prius ea de re
clariſſimum prouintiæ Præſidem adeat; quo magis, & his, quæ in li-
tem referuntur. ſecundum leges noſtras examinationem interponat,
& cuiq; ius ſuum reſeruet. idem quoque in auth.de mand.Princip.
in §.hæc igitur, ibi, *per omnia leges, mandataq; noſtra ſequutus fue-*
ris; atque ibidem in §.quod vero, *omnia ſecundum leges noſtras iu-*
dicantes, & agentes. & in auth.de iudicibus, in §.vltimo; dum ibi
dicitur, *Omnis denique iudex, ſiue magiſtratum gerat, ſiue aliter iu-*
dicet, leges obſeruato, et ſecundum has proferto ſententias. ac deinde,
Nos id obtinere volumus, quod noſtræ leges volunt; idem in l.vltima
C.ſi conrra ius,vel vtilit.publ. in l.3. & in l.non dubium C.de legi.
§.1.in ſt.de offic.iud.& in c.ſummopere 2.q.3.cum mille ſimilibus.
Quantum verò ad Regni iura hoc ipſum apertè pręceptum legere
eſt in cap.Regni Regis Caroli Secundi, incip. Item ſtatuimus, ꝙ
conſtitutiones; dum edixit, *quod parum prodeſſet iura conſtitui,*
niſi ipſorum conſtituta ſeruentur; imò, quod plus eſt, iure eodem;
non ſecus,ac communibus antea legibus obtinebat,vlterius pro-
171 uiſum eſt, * quod videlicet in Officiales ordinandi iuſiurandum
in ſpetie præſtare debeant, ſe Regni conſtitutiones, capitula, cæ-
teraſq; eiuſmodi ſanctiones obſeruaturos, vt habes in cap.Regni
Reginæ Ioannæ, incip. Item, quod omnes Officiales in futurum,
col.1.& in Pragmatica eiuſdē,incip. Ideo ineffabilis,infra de offi-
172 cio iud.& alior.official. * Quod ipſum legum munimentum apud
Platonem in Apologetico intermiſſum non eſt; dum inquit, *Iudex*
ſedet, vt iudicet quæ iuſta ſunt, non vt gratificet, & iureiurando ſe ad-
ſtrinſit, ſe non gratificaturum eſſe, prout viſum fuerit, ſed iudicatu-
173 *rum ſecundum leges.* Min. * Ad quid ergo in multis iudicibus at-
tributum arbitrium deſeruiet? Imb. In factorom dijudicatione

illud

Digitized by Google

illud plurimi exiſtimatur;& ſic an hoc,vel illud factum ſit,vel non factum; quoue ordine, & ſic de cęteris; facto verò pro conſtanti poſito;ex eo ius certum prodiens nullo modo,vt iam habes expoſitum; eis declinare fas eſt, de quo arbitrio legis textum in l.3.ff. de teſtibus;atque huc quammaximè referenda ſunt; quę tot laboribus per diſertiſſimum virum Iacobum Menochium conſcripta
174 ſunt iudicantium arbitraria;* licet enim,prout ſibi videtur,iudex valeat iudicare, vt ex l.qualem ff.de arbitris interdum deductum eſt;nam illud verbum videtur,ex ſuppoſitis legibus abſtrahendum fore conuenit interpretari, non autem ex ipſiſmet iudicantibus; vt optimè aduertit, id perpendens Lucas in vulgata l.omnes C.de
175 Decurio. ſub num.32.lib.10. * Imo rationibus iam dictis ſuffulta concluſio ampliatur, vt nedum procedat in iudicibus pro eorum iuriſdictione ius dicentibus, ſed etiam in arbitratore ipſo, qui ex compromiſſi forma,vti vir bonus rem compoſiturus eſt, cum certum ſit, eius quoque arbitrium ſecundum legem diſponendũ eſſe; cumq́; etiam iuditiorum inſtar illud habeatur, ac proinde eorum inſtar complendum; vt per Alexãdrum in l.ſi ſic legatum in princ. col.3.ff.de leg.1. Felinum in cap.1.de conſt.col.2. & alios relatos per Cottam in ſuis memoralibus, in verbo præſcriptionis; quem adeas, & faciunt notata in Rota Bononienſi concl.31. * Secundo ampliatur, vt etiam ad Eccleſiaſticarum cauſarum deciſionem vocati eiſdem vti debeant, vel poſſint, prout ſuadetur ex notatis per Beroum in rubr. de conſtit.num.185. quem refert, & ſequitur Martinus Monteroſcenſis in rubr. ff.de officio eius, ſub num. 17.
177 * Tertio, & vltimo extendenda eſt, vt ſeruandæ leges ſint, etiam ſi Principis aliquo reſcripto aliquid aduerſus eas committi, fieriq́; mandatum ſit, & hoc illa ratione; quod ex certa eius ſciẽtia id ipſum obtentũ non præſumatur; vt clarè probatur in vulgato auth. de iudicibus in allegato §.omnis autẽ iudex;dũ ibi dicitur, *Omnis autem iudex, ſiue cingulum habens, ſiue aliter iudicans, cuſtodiat leges,& ſecundum eas proferat ſententias, & vel ſi contingat iuſſionem noſtram in medium, vel ſi ſacram formam, vel ſi pragmaticam procedere ſanctionem dicentem aliter agi, ſequatur legem.* idem in cap. cauſamque de reſcriptis,cum alijs allegatis per Lucam in l.exemplo num.7.C.de Decurio.lib.10.eundem in l.omnes num.47.C.eodem titulo; & faciunt quę copioſè idem proſequitur in l. vniuer-
178 ſos num.16. C.de ſtudijs liberal. vrbis Romæ. * quod ipſum prӕterea ſic ſanctiſſimo diplomate per Emanuelem Philibertũ Sabaudiæ Ducem in ſuo Dominio cautum fuiſſe memorat Teſſaurus in præfatio.

Digitized by Google

præfatio.ſuarum deciſ.ſub num.24.verſ. quod adeo obſeruandum,
quod inſtitutum, vti ſanctiſſimum eſt, ita antiquiſſimum eſſe ani-
179 maduertere licet; * cum conſtet Antiochum tunc tertium Aſiæ
Regem omnibus ſui Regni vrbibus inſinuaſſe; ſi quid fortaſſe lit-
teris,quæ eius nomine ſcriberentur, eſſet; quod legibus aduerſum
videretur,crederent ignaro ſe eiuſmodi fuiſſe conſcriptas;& pro-
pterea,quod eis non parerent; vt optimè refert Fulgoſius libro *6.*
rerum admirabil.c.5.quod & iureiurando Ægyptij Reges ab eo-
rum Magiſtratibus adimpleri debere curauerunt;quemadmodum
idem loco citato Teſſaurus commonet, vt nec aliud quidem in
180 hac ipſa re vlterius exquiri iure valeat. Min. * Imo aliud, nam
quanto magis earum commendationem auxiſti,eo amplius inſtā-
tiſſimè eius rei rationem explorare exardet animus. Imb. Pro tui
voto neq; hoc rationabiliter quidem quæſitum intermittam,vnde
primò conſiderare poteris, leges condere in ſignum ſupremæ po-
teſtatis Principibus reſeruatum extitiſſe; quod ſi nunc præter eas
ipſarum diſruptis repagulis,iudicibus iudicare fas eſſet,ac per an-
tea licuiſſet; quis non intelligeret eoſdem cum Principe de con-
dendæ legis poteſtate participaſſe; & in præſenti participare?
181 * Ac præterea quid tot anguſtijs,expenſis,vigilijs, atque tot præ-
clariſſimorum Iuriſconſultorum ſudoribus iuſtitiæ templum Iu-
ſtiniano æternæ memoriæ Principi conſecrare fabrè factum pro-
fuiſſet,ſi modo in eo ordinati Sacerdotes,in tantorum Principum
inibi ſuorum regiminum parios prudentiæ lapides comportan-
tium, atque iuſtinianeis humeris ibidem collocatorum, contem-
ptum, erectum illud, veluti Salomonis alterum labefactarent, in
dies prædictorum lapides iam compoſitos ſcindēdo; quibus alias
ſtantibus,& vt decet,cuſtoditis; eorum in æternum memorię, non
ſine populorum quiete, collaudatę procedent, * quas item abole-
ri,aut interuerti, tum eorum reſpectu; vt quibus probatiſſime eo-
rum virtutis teſtimonium deficere non debet, cum in poſterum
aliorum, pro rerum publicarum commodo, & regnantium ſplen-
dore, ad conſimiles labores venientium, eandemque affectan-
tium virtutem, ferendum non eſt; facilè enim huiuſmodi abſur-
do admiſſo, in virtutis teſtatione in poſterum teperent fœli-
ces, nobileſque prudentium intellectus, quemadmodum ordi-
ne retro acto, præfata Gloriæ æternitate allecti, mortales, pe-
nè Diuina; inuiaque humanis actionibus geſta affectaſſe, appe-
tereque in dies conſpiciuntur; iuxta Ouidij illud, Triſtium 5.
Elegia 13.

Denique

Denique non paruas animo dat gloria vires,
Et facunda facit pectora laudis amor.

183 * Quamuis multi ſint, qui non præmiſſa inanis gloriæ inſtigatione moti poſteris ſtuduerunt, ac ſtudent conſulere; ſed potius, vt ſibi à ſuperno Flamine tributa dona ſumma in eos cum charitate propagent; ad idipſum præſtandum pluribus ſcripturis moniti, & primo illo Eccleſiaſtici cap. 4. *Ne retineas verbum in tempore ſalutis, & ne abſcondas ſapientiam tuam in decore eius*. Secundo illo Gregorij in homelijs, *Habens intellectum curet omnino ne taceat; habens rerum affluentiam vigilet, ne aliqua largitate torpeſcat; habens artem, qua regitur, magnopere ſtudeat, vt vſum, atque vtilitatem illius cum proximo procuret.* Tertio, & poſtremo, alijs omiſſis, de quibus per Lucam in l. 2. C. de proxim. ſacr. ſcrin. nu. 8. lib. 12. accedat illud Hieronymi lib. 3. in Danielem, dum inquit, *Non ſufficit ſcire ſapientiam, niſi alios erudias; tacitus enim ſermo doctrinæ, alium non ædificans mercedem otij non habebit:* ex quo doctrinæ ſibi commiſſum talentum is exercere neglexerit; iuxta vulgatũ illud
184 Euangelicum;* verumtamen licet hi neque mundanum hunc honorem, & gloriam intuiti ſint, ac minus intueantur; adhuc illorum omnium re ipſa viſuntur eſſe participes; cum laborantibus deficiant nunquam; vnde in reuerentiam in reſcriptis citantur Iuriſconſulti, vt in l. ſi purè ff. de fideicommiſſ. libert. ſicq; omnes in pandectis Iuſtiniani opera, præexpoſita paſſim ratione concepta memorantur, vt in l. 2. §. tanta C. de veteri iure enucleando;
185 non ſecus, ac in Decretis Patrum dicta. Min. * Non tamen Patrum integra ſcripta perierunt, vt immenſa veterum Iuriſconſultorum volumina? ac proindè dubium eſt, an ex hoc admiſſo maiorem laudem, an detractionem Iuſtinianus commeruerit. Imb. Is putauit omnibus tunc mundanis controuerſijs definitionẽ procuraſſe, atq; ita luculenter, & exactè, vt & quaſi alijs nõ foret opus amplius, tum illorum perdiderit æterna volumina; quæ quot cuiuſq; fuerint, plenè habes apud Catellianum in memoralibus in verbo Iuriſconſulti; cum etiam ędicto cauerit, ne alijs interpretationibus constructa per eum volumina lacerari, aut coinquinari poſſent, vt in dicta l. 2. Sed illud neſcio, quo poſtea factum ſit, vt Bartoli, Baldi, ac numeroſi exercitus nunc aliorum commentationes admiſerit; quas nedum tempeſtate iſta non improbari; ſed vti perneceſſarias illas, nouis, pluribuſq; iteratis ędicionibus, omnes vbique complicant; verum de his hactenus; quamuis, quod proximè dictum illud reſpiciat; vt à Iuſtiniano emiſſarum legum robur,

& ſta-

& ſtabilitatem introducat,ac finiat; Quare rurſus earum obſerua-
186 tionem tam arctè pręceperunt, * ex quo, tum veterum repetita
memoria; plus ornamenti,decoris, & gloriæ ex legum obſeruatio-
ne, ipſoq; inde iuſtitiæ cultu; quam ex motu, ſtrepituq; armorum
partum iri intellexerunt; Cumq; præterea faciliter coinquinari
187 illas, vbi non æque bene ſeruarentur, ſępiſſimè aſſequuti ſint,* vti
que in ſeipſis nullam vim, ac robur habere dignoſcuntur, præter
quam, quod eis de more, conſuetudineque paretur, vt per Philo-
ſophum 2.Politic.cap.6.quam non niſi temporis longitudine con-
ſtrui vulgatiſſimum eſt, ex §. ex non ſcripto inſtit.de iure natura.
188 * ad quod præterea Solonis illud dictum non inconcinnè deduci
poteſt; de quo per Valerium Maximum lib. 7. c.2. qui,vbi quid lex
eſſet, interrogatus fuiſſet, Aranei telam illam eſſe pronuntiauit;
ea ratione penſata,quod in eam,ſi quid leue incidat,retineatur; ſi
verò quod graue ſit,pertrāſeat tela reſciſſa;quare præfatū parendi
morem interrumpere, aut comminuere, nil aliud eſt, quàm infir-
mam facere vim legis,atque poteſtatem;vt per Philoſophum loco
allegato, quo deterius, aut miſerius nihil populis contingere po-
189 teſt; cum vbi leges non præualent, non ſit Regnum, neque Reſpu-
blica, vt per Philoſophum 4.Politic.c.4. imo ad interitum perduci
exiſtimentur,cum dominari in omnibus debeant,Platone teſte de
legibus dialogo 4. ad idem quoque accedat, quod à noſtris enun-
190 tiatum eſt, * legum videlicet, correctionem vitandam eſſe l.præ-
cipimus C.de appellat.atque adeo hoc ipſum attendendum eſt,vt
etiam errata quædam Legumlatorum, & Magiſtratuum tolleran-
da eſſe dicat Philoſophus in dicto 2.Politic.allegato cap.6. Namq;
iuxta illud vulgatum enunciatum, non tantum proderit,qui cor-
rigere perget; quantum nocebit Reipublicæ aſſuefactio ſuperio-
ribus non obtemperandi; quod etiam reſpectu ipſorummet Prin-
cipum intelligendum eſt,vt qui & ipſi rationibus expoſitis, ad ea-
rum correctionem, vel extenuationem conuolare non debent;
191 * cum non boni legumlatores credendi ſint; quod prudenter ipſi
omnium accuſatorum acta cauerint, ſed qui ſimpliciter in latis
perſiſtunt; quique, quam in alijs virtutem dixerint, in ſemetipſis
192 quoque iugiter amplexantur. * Quamuis etenim regnantes legi-
bus ſoluti efferantur, l.Princeps ff.de legib. Dignam tamen eſſe
Principum vocem ſignificatum eſt, vbi à ſe latis legibus ſemetip-
ſos quoque ſubiecerint, vt in l.digna vox c.allegato titulo; cum
iuſta credita ſit eorum vocis authoritas, vt ſibi licere nullatenus
patiantur, quod ſubiectis populis ipſi prohibent attentari; Nam

Digitized by Google

eo modo agentes latarum legum obſeruationem quam maximè ſubditorum cordibus figere credentur, vt optimè innuitur in cap. iuſtum eſt, 9. diſt. & in illo euangelico, *Capit Chriſtus prius facere, & poſtea docere*. Quibus accedat, quod dicitur in c. cum omnes, de conſt. quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe iure eodem vti debet, accedat etiam illud vulgatum Sapientis, *Patere legem, quam ipſe tuleris*; imo à Domino improbantur omnes, qui dicunt, verùm ipſi non faciunt; & qui alijs onera grauia imponunt, at ipſi nec digito ea mouere contendunt; vt ex Matthæi 23. deduxit Diuus Thomas in prima 2. quæſt. 96. artic. 5. in reſponſio. ad tertium, vnde illud eſt, quod & ſi quoad vim coactiuam à lege aberrantes Principes eiſdem ſubiecti non ſint, cum ea poteſtas ab eis ſit, ac proinde aduerſus reduci non poſſet; tamen quoad directiuam legibus ipſi ſubiecti facilè intelliguntur; cum ea pars, Diuino mandato contineatur; quod Principes ipſi ad ſanguinis effuſionē vſq; obſeruare compelluntur arg. tex. in cap. ſunt quidam 25. q. 1. quod ipſum clariſſimè proſequitur Diuus Thomas in præallegata q. 96.
193 dicto art. 5. vbi copiosè Caietanus in commentario;* Quare nunc ad Magiſtratus deſcendendo; multo minus præmiſſa eiſdem præſtare licere intelligis, nec etiam ſub æquitatis ſeruandæ prætextu; cum illam fouere, pertinere ad Principem, dumtaxat ſatis ſit exploratum l. 1. ff. de legibus, & conſtit. Min. Hoc in Magiſtratibus receptiſſimum credo; verum in Principe non æquè, cum ſemper crediderim eius eſſe nolle, cuius & velle per antea fuerit l. eius eſt velle ff. de reg. iuris; vnde, vt vera loquar, valde miror, cur eius in lege admiſiſſe voluntatis, per pugnantem eiuſdem nō approbetur reuocatio; quippè cum nihil tam naturale exiſtimatum ſit, quam id, quod vno vinculo ligatum fertur, quod eodem intercedente
194 diſſoluatur l. nihil tam naturale, ff. recit. titulo. Imb.* Quod iactatum eſt, conditarum legum videlicet, nec Principibus ipſis patere reuocandi facultatem, pro regula attendendum eſt, his, de quibus diſputatum eſt, rationibus ſuſtentata; quę indiſtinctè quidem procedere exaudienda eſt, quoad ipſum naturale ius, vti ſimpliciter ad commune humani generis bonum natura propagatum, iuxta quę infra ſubijcientur, ac non minus æquè quoad decem Decalogi præcepta ſummi Omnipotentis Dei voluntatem protendentia;
195 * ſed vlterius etiam quoad apoſtolicas, propheticas, ac cæterorū Patrum ſanctiſſimas traditiones; quibus eos contraire non poſſe, indubitatum profitentur, ac defendere parati ſunt, vel eſſe debent, vt in d. c. ſunt quidam, & c. contra, allegata ſupra cauſa, & quæſtio.

* In

Digitized by Google

196 * In reliquis ergo emiſſa regula tenēda eſt; in quibus ea probata effertur emiſſa exceptio; vt dictum ſit, ex rationabili cauſa, vel iure probabili ab eis diſcedi poſſe. Min. Atque nam hæc ſufficiens
197 cauſa efferri poterit? Imb. * Breuibus effingas præfatæ reuocationis ex duplici fonte rationem peti poſſe, quarum alteram ex parte rationis eſſe, cōſiderare licet, quæ à perfecto minus, ad perfectum magis progreſſum habet; quod rationi ipſi naturale accidit; vtputa ſi ex nouo ſtatuto maxima aliqua, & euidentiſſima exoriatur vtilitas, vel quod legis mutationem ſumma expoſtulet neceſſitas; Alteram verò ex ipſiſmet hominibus, quorum actus legibus diriguntur, ac conſumationem accipiunt, vtputa propter mutationem in eorum conditionibus ſæpiſſimè contingentem, ſecundum quam diuerſa eiſdem expedire exiſtimantur; ad quod facit illud Auguſtini in lib. 1. de libero arbitrio; prout à D. Thoma memoratur in prima 2. q. 97. art. 1. in corpore, quod ſi populus ſit moderatus, & grauis, communiſq́; vtilitatis vigilantiſſimus cuſtos, rectè lex fertur, quod liceat dicto populo ſibi per quos Reſpublica adminiſtretur, Magiſtratus creare; porro ſi idem iam deprauatus habeat venale ſuffragium; & regimen ſeditioſis, ſceleratiſq́; committat, ſumma cum ratione tunc eidem huiuſmodi poteſtas aufertur; & ad paucorum bonorum arbitrium reuocatur; ex quo vlterius, quæ iam proderat lex manifeſtam, nunc iniquitatem cōtinere dignoſcitur; vt per D. Thomam in allegata q. 97. artic. 2. in corpore; optimeq́; facit illud Philoſophi Rhetoric. ad Alexandrum cap. 35. dum inquit, *Leges, ſi pro nobis non ſunt, commonefaciendi ſunt iudices non de lege, ſed de re iudicare; & hanc non legem, ſed iniquitatem eſſe, cum ciuitati perniciem afferat, & non eſſe contra leges facturos, ſi huic legi contrariam ſententiam tulerint; ſed leges potius laturos, ne ſit iniquis legibus vtendum; & dicere nullam*
198 *legem prohibere Reipublicæ benefacere,* * *& improbas leges authoritate priuare, nil aliud eſt, quàm ciuitatem beneficio donare.* cum rem protrahendo verę leges non ſint, c. ius generale 1. diſt. & c. erit autem lex diſtinctio. 4. & plenè aperuit D. Thomas in prima 2. q. 95.
199 art. 2. * ac proinde illas non ſeruanti reprehenſione aliqua occurrendum non eſt, aut pœna, ſed præmio magis, vt in cap. præceptis 12. diſt. & in c. nullus 55. & in c. quapropter 2. q. 7. cum alijs allegatis per Lucam in vulgata l. omnes C. de Decurio. numero 23.
200 * Neque enim in his Nicolai Pontificis Conſtitutio timenda eſt; de qua in cap. Ridiculum 12. diſt. citata; vbi ridiculum videri tradidit, ſi patrum tanto conſilio emiſſas, receptaſq́; traditiones in-

Digitized by Google

fringi nunc perperam patiamur;quæ alias vt perpetuo firme,ſta-
bilesue eſſent,conditæ fuere; Nam & ea in illis locum ſibi vendi-
cat, quæ in allegato cap.contra, memorantur, quæue cur immu-
tabiles ſint,ſupra rationem habes expoſitam;vt in alijs non item,
201 ex proximè dictis ſentiendum occurrat; * poſtulat namq; quan-
doq; ratio temporum, mutatio morum, ac perſonarum varietas,
vt quæ olim ſumma cum ratione conſtitutæ,fixęq; leges fuerunt,
haud minori cum ratione refringi, euertiq; valeant, vt in c.ſicut
quædam 14.diſt. ac per hoc nemini mirum videri debet, ſi lex,vel
conſtitutio eadem omnibus nec ætatibus, nec ſeculis viget, vt in
cap.non debet,& ibi Gloſa de conſang.& affin.& in cap.ſciendum
29.diſt.& in cap.quia ſancta §.verum diſt.23. Ad idem præterea
accedat, quòd Imperator Federicus in Regni conſtitut. incip.
Nil veterum complexus eſt, dum inquit, *Nil veterum autboritati*
detrabimus, ſi iuxta nouorum temporum qualitatem, de noſtro gre-
mio noua iura producimus; & nouis abuſibus, noua remedia reperi-
202 *mus*. & quæ ſequuntur. * His memorabilis illa Valerij apud Li-
uium ſententia ſubnectatur, dum inquit, *Ex bis legibus, quæ per-*
petuæ vtilitatis cauſa latæ ſunt, nullam eſſe abrogandam, niſi quam
vel vſus coarguit, aut ſtatus Reipublicæ inutilem fecit. Concinitq;
203 pariter,* quod apud Gellium Sextus Cæcilius grauiter pronun-
tiauit; *Legum videlicet oportunitates, & medelas, pro temporum*
moribus, & Rerumpublicarum generibus; proq; vtilitatum præſen-
tium rationibus, vitiorumque, quibus medendum eſt, feruoribus mu-
204 *tari, ac flecti debere*; vt non minus ſubinde * in hac ipſa re laudan-
dum priſcum illud Locrenſium inſtitutum occurrat; apud quos
illud inflexibili lege mandatum erat; vt tempore quouis de legis
abrogatione ageret nullus; At ſi agere deſtinaſſet, laqueo collum
circumducto id tentaret, ad hoc, vt poſtea, ſi non perſuaſiſſet, ex
templo, vti magni patrator ſceleris, omnibus exemplo poſitus im
prudens ſtrangularetur; vnde non niſi ex euidentiſſima cauſa pro-
bata populo apud eos ad legis abrogationem conſpirabatur.
Min. Non minus doctè, quàm copioſè horum rationem proſequu-
tus fuiſti, vnum tamen, Imbriane, mihi maximum negotium facit,
205 illudq; admiror; quod legerim interdum * Lacedemonios ſeptin-
gentos annos, & amplius vnis moribus, & nunquam mutatis le-
gibus vixiſſe; quaſi quod non humani ingenij ſtylo; ſed vere Diui-
no flamine illæ dictatæ extiterint; vel quod eorum populorum
conditiones, moreſq; nunquam variarint. Imb. Nec te hoc con-
206 turbet; illud etenim in eorum imperio ex eo accidit,* quòd vni-
cam

Digitized by Google

cam ſcriptam legem ipſi habuerint, quæ illud præcipiebat, quod
ſcriptis legibus vti non deberent; quippe cum apud eos obtinuiſ-
ſet diu, vt quod pro lege ſeruari voluiſſent, memoriæ Theſauro
committerent; quod optimè ex Iuſtinianeo contextu ſuadetur in
207 §. & non inéleganter inſt. de iure nat. * ex quo leges apud eos in
cantilenas deductas, facilè offertur credere, ne aut obliteraret
eaſdem obliuio; aut interdum delinquentes ipſos, opponenda ex-
cuſaret ignorantia: Quibus rationibus apud Germanos olim,
atq; Sarmatas à Tuiſcone eorum primo Rege inſtitutę leges car-
minibus complexæ fuerunt, vt publicè, priuatimq́ue pro delectu
poſſent decantari; vt merito apud eos cantilenarum ille nomen
vſurparint; verum quod dixi vnicam legem eos habuiſſe, & ſic illã
dumtaxat, quam diximus; non probo, cum alias duas ſcripto eiſ-
dem probatas, atq; munitas acceperim ex Sabellio lib. 1. ænnea-
de 2. quarum poſteriorum alteta erat, *Ne domorum culmina,*
præter quam ſecuri, oſtiaq; fabrè facta ſerra, haberent. Altera verò,
Ne idem hoſtis ſæpius bello peteretur, ne crebro reluctando, bellicoſi
208 *fierent*;* eaſq́; tres ſcriptas leges Rhetras; quaſi Deorum ille de-
creta, atque oracula eſſent, appellitarunt. Sed ad rem redeundo,
ad propoſiti requiſiti dilucidationem explicitam magis, Plutar-
chi locum in vita Lycurgi adducere liceat; vbi hæc verba habet,
Ea quidem, quæ ad Ciuitatis fœlicitatem, ac virtutem potiſſima, &
maxima ſunt, in moribus, & vitæ inſtituto pænitus inſita manere fir-
ma exiſtimabat, & quæ certum animi iuditium haberent, vinculum
neceſſitatis firmiſſimum exiſtere; itaque diſciplina, quam iuuentuti
præſcripſerat, in cuiuſq; animo legiſlatoris vim obtinebat; contractus
autem, ac pactiones de rebus leuibus, ac de pecunia; quæ pro tempo-
rum ratione alio, atque alio modo immutãtur, ſatius eſſe ſcriptis legi-
bus, atque inſtitutis immutabilibus non adiungere. ſed pro temporum
inclinatione permittere illas accretiones, atque decretiones accipere,
prout peritis videretur. & quæ ſequuntur; ex quibus, & illud pla-
nè intelligis; quæ iam de legum mutatione cenſa ſunt, in ciui-
libus tantum legibus exaudienda eſſe; ne cui vlterius naturalia
iura eiuſdẽ rationis eſſe videantur; cum vel ex antedictis conſtet,
ea, vti Diuina prouidentia ordinata, ac ſemper æqua immutabi-
lia permanere. Min. Verum ne pigeat nunc Imbriane de præfato-
209 rum iurium immutabilitate rationem exponere. Imb. * Eius ſa-
nè rei multiplex ratio repeti poteſt; omniſq́; nequaquam inco-
gnita, ſi mecum illam repetas; & quidem primo immutabilia ea
nuncupare licet; quia ea iuſtum naturale complectuntur, quod
ipſum

ipſum iuſtitiæ ordinem comprehendit; qui iuſtitiam conſeruandam præfert;& ſic in ſeipſis bonum ſimpliciter continere dicuntur;quod cum nullis hominum radicatum ſit mutabilibus conditionibus,reſpuendum nunquam venit; vnde, & ſi dixerit Philoſo-
210 phus 5.Ethic.* naturale ius in parte mutari poſſe; de præfato iuſto naturali nequaquam intelligendum eſt; ſed bene de modis ad ipſius iuſtitiæ obſeruationem determinatis; nam cum variari, falliue poſſint;æquè mutationi ſubijciuntur. Vlterius Philoſophi
211 dictum in hanc ipſam rem iactabis, quod fertur: * principia ipſa ſemper manere oportere, ſed primo modo enuntiata, quæ naturæ ſunt iura, quis iurium omnium principia eſſe inficiabitur? atque ita accepta apud D.Thomã leges in prima 2.allegata q.95.art.2. in corpore,in verſ.ad ſecundum,& art.4.in fine: vt conſequenter
212 immutabilia ea eſſe iure proloqui oporteat. Min. Cedo, * quæ iſta principia eſſe intelligentur? Imb. Quæris, quod intus habes, quippe, cum noſtris pectoribus inſculpta nobiſcum ea ſint ad bene viuendum,dum illud quotidie proloquimur,ne quod nobis fieri nolumus,alijs indebitè faciamus,vt in c.1. 1.diſt. dumq; Religioni incumbendum, benefacienti benefaciendum; parentibus obediendum, & ſimilia putamus l.veluti ff. de iuſtitia, & iure.
213 Præterea,* quia ex principijs ipſis quædam indubitatæ enaſcuntur concluſiones; quæ, & ſi in ipſis legibus comprehenſæ ſint, vigorem tamen aliquem ex naturali iuſto protendunt; meritò eandem ipſe immutabilitatem præſeferunt, licet non omnimodam, vt iam dicta principia; nam ſi principium attendas, quo non faciendum malum præcipitur; vtique nec ſub cuiuſuis boni colore malum fieri poſſe permitti poteſt,c.ſuper eo de vſuris; ſed contra in iure ciuili,vt in tit.de concubinis,ac de vſuris. Si verò concluſioné,quæ ex propoſito principio deducitur;ergo non licet quenquam interficere;ei in parte derogari poteſt,prout ex iuris naturalis met diſpenſatione derogatum eſt; de qua in l.vt vim ff.de iuſtitia,& iure;& habes pleniſſimè per ſcribentes in l.omnes populi
214 ff.eod.ſupra tit.* His verò omnibus infinitæ penè determinationes acceſſerunt; quæ ob mundanarum rerum varietatem; ac varios diuerſarum Prouintiarum ſenſus, variè proceſſiſſe conſpectę ſunt; quaſi multiplici,ac non ab vno iure,& vniformi naturę conſtitutione proceſſerint; atque hæ Ciuitatum dumtaxat iura ſunt in lege humana conſiſtentia, quæ mutationem recipere poſſunt; cum vna lex ciuilis alteram tollat; vt in fine de iure nat. allegato dicitur,pro quibus D.Tho.adire neceſſe eſt in allegata q.95.art.2. & 4.

Digitized by Google

215 & 4.in fi.atque ex his tandem ſic expoſitis,* non contemnendum apud iuris interpretes diſcrimen adhuc vigens exterminari poteſt,dum acriter mille in locis,an duplex ius gentium ſit,concertant; Nam quod à naturali ratione æquè hominum nō ſcriptum, ſed natum,radicatum,& inſculptum pectoribus,quodq; non didicimus, accepimus, legimus, verum ex ipſa arripuimus,hauximus, & expreximus; ad illud alias non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti quo ſumus, quam diximus principiorum doctrinam, credimus continere: Alterum verò temporum ſucceſſione ab ipſiſmet gentibus, quò eorum neceſſitatibus mederentur, eadem ratione duce fabricatum concluſionum doctrinam facilè inuaſit, & plurimarum quidem non immediatarum; vbi contractus,cæteraq; humano generi cōducibilia,eo iure prodita perpenderimus:
216 * At verum eſt, concluſionum,quam dicimus doctrinam à prima principiorum diſtingui,non ſecus,ac ex ſua cauſa procedens effectus,vti ab ea explicitum quid,aut poſterius; ergo rationis,quod dicitur iusgentium ab altero ab ipſiſmet gentibus conſtituto, dubio procul ſecerni intelligetur, quod ipſum præter quod conſultiſſimè à Iuſtiniano terminatum aduertimus, dum de ſecundo ſeiunctim commemorat in §.ius autem gentium inſtit.de iure nat. Benè vlterius à Diuo Thoma in allegato art.4.in fi.licet aliquantulum obſcurè, ſuaſum eſt: quibus addo cumulata per Valaſcum in ſuo tract.iuris emphyteutici q.3.num. 5.& 6.vt interdum ad id, ex quo digreſſus ſum,redire comminiſcar. Min. Et quid amplius in præmiſſis agendum ſupereſſe intelligis? Imb. Illud nempe, vt quemadmodum à conſtitutis ordinis cuiuſcunq; Magiſtratibus, quæ ſatis, ſuperq; firmata eſt legum obſeruatio attendenda ſit, explicatius enarrem. Min. Adeo generis huius animū mulgent, atque delectant, vt auditor ſemper eſſe velim, nunquam ne reponam,quo cum Iuuenale in tui occurſum veniam. Imb. Reſpondebo nunc minimè,ne quid fruſtra vlterius me in his moretur agentem,ſed expleto munere,reſponſum reportabis; quare quoad Magiſtratus, ea in re creditur pertinere, & ſi per omnia ſecundum
217 ſcriptas leges eis iudicare præceptum ſit,* non adeo tamen illis inhærere contendent, vt Bononienſi Carrotio addictum, alligatumq; olim Gonnellam præſeferant, eiusq; perſonam ad viuum agere deprehendantur,ac proinde aduerſus Iuriſconſultorum, & Principum legiſlatorum ſanas mētes inutile quid, aut peſſimum in priuatam,publicamue rem offendantur admittere l.3. C.de liberis præteritis, dum ibi dicitur, *Verborum autem interpretatio*

nuſquam

218 *nuſquam tantum valeat, vt melior ſenſu exiſtat;* * & ſic primo ęquiuoca, obſcuraq́; legum verba declarabunt, iuxta gloſam in l. 1. §. qui operas ff. ad Tertull. vbi Bart. Secundo, cum lex, vt in antedictis liquet, generaliter, ne mala plurima commõſtrarentur, lata fuerit l. non poſſunt ff. de legibus, & in auth. quib. mod. nat. effic. ſui, in princ. vbi occaſione eius generalitatis, in abſurdũ aliquod incideretur, aduerſus legiſlatorum mentem, nec quidem commodè, tẽporum impatientia, abſentibus fortaſſe Principibus denuntiari poſſet; eandem ipſi, ad id, quod vtile fore viderint, reuocabunt, atque reſtringent. Vel ſi quid præterea eis intermiſſum occurrerit, in præmiſſis terminis, non minus ex æqui, boniq́; arte petitis argumentis, ſupplere poterunt, iuxta notata in dicta l non poſſunt; quod perbelle inſuper expreſſum, commonitumq; videre eſt per Iuriſconſultum in l. nulla ff. de legibus, dum in ea ſic compendioſè Modeſtinus loquitur, *Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro hominum vtilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione, contra ipſorum commodum, producamus ad ſeueritatem*. & hoc illa ratione ſuppoſita, quod ſi de eo idem in humanis exiſtens legiſlator interrogatus fuiſſet, idem & ipſe ſtatuendo, reſpondiſſet; vt loquitur Gloſa notabilis in l. tale pactum ff. de pactis; nec verò relationi faciendæ, vel factę reſponſum aliquod expectandum eſt, ne veteri illi adagio locus adaperiatᷓ, quod dicta[illegible], *Dum Roma conſulitur, Saguntum capitur;* & faciunt, quæ D. Thomas proſequitur in prima 2. allegata q. *96.* art. *6.* in corpore, & hoc non immerito, cum habeat tunc in ſe neceſſitas annexam diſpenſationem, ne[illegible] inter iuris regulas, tunc ea perquirenda ſit l. 1. de conſulibus, c[illegible] alijs allegatis per Lucam
219 in l. Curiales num. 2. C. de Decurio. [illegible] 10. * Verum quæ memoratæ ſunt interpretandi facultates indiſtinctè abſque circuitu aliquo ſacro in hoc Regno Concilio competunt, cum illud ſui poteſtate, & ęquitate, quam aſſiduè, diffuſè prę oculis habere deprehenditur, non ſecus, ac Princeps ipſe, præmiſſis modis interpreta-
220 ri iura dignoſcitur. * Illud enim idem eſt, quòd Principis nomen repræſentat, l. 1. C. de leg. & conſt. & in l. formam, C. de off. præfec. præt. & in prag. Sacram præterea, infra de off. Sacri Reg. Conc. & habetur per Affl. in deciſ. 220. num. *5.* & Aluar. Valaſc. in tract. Iuris emphyteu. q. *6.* num. 17. verſ. ſecundo attende. Vnde eſt, quòd quæ in eo feruntur ſententiæ, ſub nomine Regiæ Maieſtatis proferuntur, manuq; militari, vbi opus eſt, debitum ſortiuntur effe-
221 ctum, vt in pragm. 5. ſupra citato tit. * Ac, quod plus eſt, in Regno legis

Digitized by Google

legis vim, atque poteſtatem ſibi vendicant, d.l.formam, & habes per Afflict. deciſ.383. & 169. Ita vt ex hoc ipſo ab aduocatis reprobari non poſſint, vt ſecus procedere non ſileam, quantum ad deciſiones in Romana Curia, vt notabiliter legitur apud Petrum Rauend.in ſuo ſingul.909. & vide, quæ latè proſequitur Teſſaur. in allegata ſæpe præfatione num. 30. vt eiuſdem ordinis innumera ornamenta prætercam; de quibus in vniuerſum in alleg. tit. de officio Sacri Regis Concilij actum eſt; Verùm non tam creuit, ac ad ſummum vſque Conſiliariorum iureque adducta eſt poteſtas,
222 * quam inferiorum Regni Iudicum iure æquè diminuta animaduertitur, ad quod ipſum Ebolitani in rituum commentarijs admonitionem referamus,dum is iudicantes omnes exhortatur, vt in grauibus cauſis apud eos diffinitiuè terminatis appellatione interpoſita, emiſſis inhibitionibus, deferant indiſtinctè; vtcunq; refragari eis iura legantur, ne alias iure quidem agentes, præmij loco, iniuria, atque erogationibus afficiantur; ſed hoc merito, vt dixi,illis aduenit;Cum ferè generaliter eoſdem in pretio,amore, timore conſequenter, & cæteris huiuſmodi regimina protendere integriſſimi ſuperiores Mag. Curiæ Vic. Regnoq; vniuerſo præpoſiti magiſtratus,ex multis aſſequuti ſint;atque rurſus de prohi-
223 bita magiſtratibus legum interpretatione dicta ſunt, * potiſſimum in Regni huius pragmaticis,ſanctionibus exaudienda occurrunt,atq; ſtatutis, quæ ſatis conſtat ſuapte natura ſtricti iuris eſſe,
224 l. quidquid aſtringendæ ff.de verb. oblig. * Ac proinde, ſi in eis non adhuc vſu comprobatis, ac ſtabilitis, dubitationis alicuius anfractus emergat, imperialem, ſeu regalem ille ſplendorem, ac diffinitionem expoſtulat: Quippe cum eius interpretari ſit,cuius & condere circumfertur,vt in l.fi.C.de leg.& habes pleniſſimè per Corradum in ſuo templo lib. 1. cap.1.§.3.verſ.21. & ſucceſſiuè in hoc Regno, ad Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Proregem is deducendus eſt, atque eius Regium Collaterale Concilium, ad quod tanquam ad Aſylum,vt aiunt,nouiſſimo loco maturè, iureque omnes confugiunt. Min. Memini reprobari non poſſe Sacri
225 Regij Concilij deciſiones te enunciaſſe: * Num præterea communes, quæ vocantur Doctorum opiniones, ſeu ſententiæ tanti
226 quoque exiſtimentur? Imb. * Ex his ſecundam alteram prudentiæ rationem enixam,ac ſugeſtam, ex Iuſtiniani hucuſque temporibus,nobis comprehendimus,vt ferè non minus ad eius obſeruationem vrgeantur iudicantium facultates,vt ipſarummet,vt ſup. legum: Illæ verò ex Bartoli, Baldi, Caſtrenſis,Alexandri, Iaſonis,

Salyceti, & aliorum maximi nominis Doctorum, ac Patrum frequentiori calculo receptis interpretationibus prodierunt; vt iam in vniuerſum omnem iuris dicundi facultatem, atque induſtriam abſolutam conſequuti ſimus, quę rurſus, licet à ſuis initijs probabiles tantùm extiterint, ac proinde ab eis tunc recedere licuerit; vt per gloſ. in l. ſi de interpretatione ff. de legi. tamen quia adeas temporum ſucceſſione à luminaribus prædictis frequentius itum eſt, pro veritate tractantur; neque amplius, ex hoc ipſe, negligi à
227 iudicantibus poſſunt.* Imo qui iudicans iura reddẽdo, eos aſpernari perſentitur, ignarus præſumitur, ac non ſecus, ſi contra iuris
228 caſum pronunciaſſet, in ſyndicatu moleſtari poſſet; * niſi fortaſſe ſui optimi præceptoris, bonis fundatam rationibus, opinionem, ſe ſequutum, docuerit, iuxta ea, quæ plenè proſequitur Neuizanus in ſua Sylua, in tractatu, quomodo iudicandum, in princ. vbi plures, & plura dicta allegantes recitat. Min. Cur hoc ipſum? Imb. Excuſationis eſt ratio, quòd quæ fundatè à præceptoribus traduntur, iureq; eodem à ſcholaribus percipiuntur, adeo in eorum intellectibus radicantur, fixaq; inhęrent, vt facile ab eis nequeant dimoueri; ac ad contrarium ſentiendum, & pronunciandum denique commodè perduci; ad quod illud Fabij lib. 1. inſtitutionum Oratoriarum cap. 2. accedat, dum inquit, *Leonides Alexandri pedadogus, quibuſdam eum vitijs imbuit, quæ robuſtum iam, & maxi-*
229 *mum Regem ſunt proſequuta.* * Ex quibus ſimul præceptores, atq; item diſcipulos omnes commonitos volo, vt qui interpretationis munus abſoluunt extraneis confarcinationibus, communes iam dictos legnm intellectus non ſtudeant earum ſubſtitutione obtenebrare; nam immortale nomen, quod ex hoc ſibi comparare facile credunt, quàm longiſſimè ab eis diſtrahentes fatuæ calliditatis notam illud prætereuntes turpiter inuadunt, qua aſſiduè fallunt, vt in cap. hinc etenim 49. diſt. & habes per Lucam in vulgata l. omnes. C. de decurionibus, num. 35. Scholares verò qui & ipſi eruditionem vigili, laborioſaq; peregrinatione appetere procurent, ſatagant quam maximè eiuſmodi generis declinare magiſtros, ne veritatem ſibi neceſſariam futuram inquirentes mendaciorum rubiginem falſæ doctrinæ loculum videlicet, comparaſſe, non ſine dedecore dignoſcantur. Sed de his non plura, cùm benè intelligant omnes non iuris nouatorem iudicem eſſe, oportere; ſed eius religioſiſſimum obſeruatorem, vt in Sylua ſupracitato loco nu. 4. & iure quidem cum eos in iuriſconſultorum principum, cæterorumue legumlatorum verba multum ad hoc data opera

iurare,

230 iurare, certum ſit iuribus ſupra vulgaribus; * in quibus tamen caſibus pro coronide iudicantes leges tranſgredi, egrediq; valeant ſecundum eorum liberum arbitrium pœnas intendendo, aut remittendo, pleni ſunt Syndicantium tractatus; inter quos illum adito, qui de temperandis, vel remittendis pœnis, apud Tiraquellum editus eſt; memorandam tamen in hac ipſa re Innocentij doctrinam cenſeo in cap. Canonum ſtatuta, gloſ. vltima, de conſtit. quam refert, & ſequitur Miſingerius in obſeruatione camerali 54. centuria 2. Et ex his quicquam aliud venit in mentem, quod valeam pro noſtro inſtituto vlterius enarrare, quamuis & ſi multa ſupereſſent nec pœnè cadentia ſydera enarrare illa largirentur. Min. Quieſcas ergo Imbriane mi, namq; onuſtus valde à te dimittor, quod fortaſſe ex corde aduenit, cum ſi dono tibi venerim aſtringendus, plurimum gaudeo, quod onuſtus nimis tenear. Imb. Neque hoc aut alio vel pro minima quidem parte tuę erga me innatæ beneuolentiæ ſatisfactum credo; Eoq; præterea amplius, quod tanto verborum, & ſententiarum ornatu penè neruis ipſis deſtitutos meos conceptus delicata, atque placida vice exornaris. Sed de his hactenus, ne tenebris circumueniaris denſioribus. Min. Benè ergo tibi hæc futura nox ſuccedat. Imb. Tibi verò & nox, dieſq; inſimul inſequens, & Neſtoris anni.

LAVS DEO.

Digitized by Google

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE.

DIALOGVS TERTIVS.

RERVM SVMMÆ.

1 *OMnis iuriſdictio, & publica poteſtas penes Imperatorem eſt.*
2 *Iuriſdictio in Principe vti conſideretur.*
3 *Iuriſdictio eſt de regalibus.*
4 *Iuriſdictio quid ſit.*
5 *Exactis Regibus omnis penes populum poteſtas extitit.*
6 *Maiores populi Romani Magiſtratus qui, & vti crearentur.*
7 *Minores item qui, & quemadmodum deligerentur.*
8 *Centuriatorum Comitiorum ratio; & quæ eis agerentur.*
9 *Tributis Comitijs quæ agi ſolita.*
10 *Transferendi imperij in Principem ratio repetitur.*
11 *Imperium an priuatiuè in Principem tranſlatum fuerit, aperitur.*
12 *Cæſar cur ſua obire munia Senatui permiſerit.*
13 *Iuditium ferens legem quodammodi creditur interpretari.*
14 *Lex ſine publica authoritate condi non poteſt.*
15 *Vnus debet Princeps eſſe, & cur.*
16 *Iuditia aliter, quam Principis mandato habita, illegitima, & vſurpata intelliguntur.*
17 *Atque ad ea ordinata acta nulla ſunt, ita quod partium approbatione validari non poſſunt.*
18 *Ad quos pertinet legislatio, & Magiſtratuum conſtitutio pertinebit, ſed non è contra.*
19 *Ab alijs, quàm à Principe quibus medijs Magiſtratus conſtitui valeant.*
20 *Regendorum populorum multiplex ratio exponitur.*
21 *Democratia quid ſit; & quæ in ea leges obtinuerunt.*
22 *Ariſtocratia, & oligarchia quid; et quæ in eis leges locū habuerunt.*
23 *Edictorum, ante edicti perpetui compilationem, robur quale.*
24 *Iuriſdictionē multipliciter à Principe formari, & dari, explicatur.*
25 *Ordinaria iuriſdictio quæ ſit.*
26 *Lex ad quid poſita fuerit, exponitur.*

27 *Iuriſ-*

27 *Iuriſdictionis duo ſunt gladij, & qui ſint.*
28 *Ciuitates olim Magiſtratuum conſtitutionem ſibi vindicarunt.*
29 *Iuriſdictio per immemorabilem quæritur.*
30 *Iuriſdictio extraordinaria, & delegata quæ ſit.*
31 *Delegatus ad quæ conſtitui poſſit, pluribus explicatur.*
32 *Delegati ad vniuerſitatem cauſarum an ordinarij dici poſſint.*
33 *Ciuitatum redimitores ordinarij dici poſſunt.*
34 *Ad diſtinguendam ordinariam à delegata iuriſdictione quid ſpectandum ſit.*
35 *Inter delegationem factam à Principe, & à lege quid interſit.*
36 *Legatus adminiſtrationem habet, delegatus verò nequaquam.*
37 *Inter delegatum, & vicarium quid interſit.*
38 *Delegata iuriſdictio ex quibus coniiciatur.*
39 *Ordinarius num delegato dignior, vel è contra concluſiuè dicitur.*
40 *Ordinara iuriſdictio omnes territorij cauſas complectitur.*
41 *Nedum coram priuato nulliter agitur; ſed etiam coram eo, qui alicuius negotij cognoſcendi facultatem non habet.*
42 *Coram incompetenti acta expreſſa, vel tacita partium prorogatione confirmantur, niſi aliud ius ſuadeat.*
43 *Iuriſdictiones in Regno pleniſſimè diſtinctæ; & de eius ratione.*
44 *In omnibus Regni ciuitatibus iudices conſtituti ſunt.*
45 *Iudices Regni quomodo ab antiquis ciuitatum defenſoribus diſtẽt.*
46 *Defenſorum poteſtas quæ; quæue item noſtrorum iudicum.*
47 *Iudicum per Regnum modis pluribus debilitata poteſtas.*
48 *Audientiæ Regiæ in Regno quot; cur inſtitutæ; ac quibus Magiſtratibus repræſententur.*
49 *Audientiarum quanta ſit poteſtas, refertur.*
50 *Magnæ Curiæ Tribunalis quam latè pateat iuriſdictio.*
51 *Magnæ Curiæ Vicariæ per Regnum competentia exceptione elidibilis.*
52 *Magnæ Curiæ Iudices alios Ciuiles, alios verò Criminales intelligere offertur; & eorum munia.*
53 *Præfatorum Iudicum caput quis ſit; ac eius officium.*
54 *Iudices ex Regentis cauſarum commiſſione delegati intelligendi non ſunt.*
55 *Auditores Rotæ an ex commiſſione præfata delegati intelligendi ſint, remiſſiuè.*
56 *Sacri Regij Conſilij Tribunal à quo ordinatum; ac de eius ſtructura, & poteſtate multa.*
57 *Sacri Conſilij caput quis, eius dignitas, atque poteſtas.*

58 *Domini*

Digitized by Google

58 *Domini Vincentij de Franchis dicti Concilij Præſidentis laus notoria.*

59 *Criminalium cauſarum ad Sacrum Concilium referendarum ratio quæ ſit.*

60 *Inter Magnæ Curiæ Criminales Iudices, Conſiliariorum nouiſſimus ſedet.*

61 *Cameræ Summariæ Tribunalis ſtructura, atque poteſtas ſatis eminens indicatur.*

62 *Cameræ Præſidentium diſtinctio aſſertur; licet ſine diſtinctione iudicent.*

63 *Ad idem Tribunal per Regnum quæ referantur; ac eidẽ incumbant.*

64 *Præfatum Tribunal Fiſci cauſas quam latè tractare perſpiciatur.*

65 *Ex bis reſtrictio ad textum in l. venditor, de iuditijs conſideratur.*

66 *Fiſcus Author laudatus in Sabaudiæ Dominio non remittitur ad Cameram, vt in Regno.*

67 *Iuriſdictio pro bono regimine diuiſa, cuiq; illibata cuſtodienda eſt.*

68 *Alterius iuriſdictionis temeratores, vti puniendi veniant.*

69 *Iudices curare potiſſimum debent, ne coram eis nulliter agatur.*

70 *Quæ principaliter cognoſci non poſſunt, incidenter, & acceſſoriè permittuntur.*

71 *Quid ſi illius iuriſdictionis iudice permittente illud tractauerit, ſubijcitur.*

72 *Alterius quis iura vſurpare non debet.*

73 *Nec citatione alterius iuriſdictio turbãda; & de citationis effectu.*

74 *Citandi reos extra territorium iudicantis multiplex forma traditur.*

75 *Stratores etiam ſuperiorum Iudicum abſque locorum Iudicum licentia quid agentes, puniri per eos poſſunt.*

76 *Epiſcopus qua ratione ſtatuere poſſit, non publicari abſque ſui notitia, Apoſtolicas prouiſiones, deducitur.*

77 *Hinc ad idem noſtrorum Principum ſtatutorum rationem intelligere offertur.*

78 *An ſtatuta præfata valida ſint, remiſſiuè.*

79 *Vſurpantes iuriſdictiones quam variè puniantur, exponitur.*

80 *Priuatus vſurpans ſuo facto qua pœna puniendus ſit.*

81 *Qui vniuerſitate mandante vſurpauit, vti puniendus, quaue item pœna vniuerſitas, ac eius homines.*

82 *Fideliſſimæ Ciuitatis Capuæ ornamenta plura ſunt.*

83 *Ea pœna non tenebitur vniuerſitas, ſi tempore belli fideliter illum ſibi ordinaret.*

84 *Vni-*

Digitized by Google

84 *Vniuerſitates quos ſibi Magiſtratus ordinare valeant.*
85 *Vniuerſitates quæ Magiſtratuum nominationem habeant.*
86 *Tarentini Iudicis nominatio ad Brienſis Marchionem ſpectat.*
87 *Per Ciuitatis nominationem ordinati Regij, an Baronales Magiſtratus ſint.*
88 *Confirmans an, & quando dare cenſeatur, remiſſiuè.*
89 *Electio oppoſitionem admittit, at Principis illam excludit, confirmatio.*
90 *Multæ Ciuitates in Regno Baiulos ſibi eligunt, inter quas Ciuitas Capuæ fideliſſima.*
91 *Buiulationis Campanæ Iudicis quam uagna poteſtas ſit.*
92 *Baiulationis Campanæ reformationis ratio explicatur.*
93 *Baiulationes quibus committendæ ex conſtitutionibus.*
94 *Baiulationis reformatio tota Anibalis Moles bonæ memoriæ, refe-renda eſt, vbi eius laudes, ac mors recitantur.*
95 *Decem & octo Doctores cedulis inſcripti ad Baiulationem regendam.*
96 *Locumtenens ub alio Magiſtratu conſtitutus vti puniendus ſit.*
97 *Baronis Ciuilem habentis, & Criminalem vſurpantis, quæ pœna ſit.*
98 *Baronum non omnes merum, protendunt imperium.*
99 *Baronum iuriſdictiones priuilegijs comprobandæ.*
100 *Legitima præſcriptione, vim priuilegij obtinente, iuriſdictio quæritur.*
101 *Imperium ſcindi non poteſt; & vti ſcindi valeat.*
102 *Omnia in Regno Principis ſunt; & quoad quæ.*
103 *Officiales per Barones vſurpantes conſtituti qua pœna teneantur.*
104 *Vſurpantes officia de quibus C. de diuerſ. officijs, qua pœna puniantur.*
105 *Pœna vſurpatæ iuriſdictionis non tenetur, qui ad bonum finem iuriſdictionis actum exercet.*
106 *Vnuſquiſque ab habente poteſtatem ad honores perducendus eſt.*
107 *Multiplex veſtis Magiſtratibus decreta legitur.*
108 *Doctores antea togati pro eorum dignitate incedebant.*
109 *An honores peti valeant citra maculam, pleniſſimè deducitur.*
110 *Fugientibus honores decernendi, & qui eſſe intelligantur.*
111 *Honoris templum qua lege antiquitus extructum.*
112 *Honoris ad virtutem proportio, quæ ſit.*
113 *Honores cur petendi non ſint.*
114 *Scipio quia conſulatum petijt, nunquam illum amplius iniuit.*

115 Prin-

115 *Principes Magiſtratus perſonis, & non è contra condecorare debent.*
116 *Principum vtilitas, ac laus ex optimorum ordinatione, quæ ſit.*
117 *Honores à bene merentibus peti poſſe multis oſtenditur.*
118 *Inter Ciues honores æque diuidendi.*
119 *Honores naturaliter appetuntur.*
120 *Comitis Mirandæ in Authorem liberalitas, ac eiuſdem ab officijs abſtinentia.*
121 *Aſſuefactio quanti valeat in cunctis, oſtenditur.*
122 *Authoris prima animi applicatio, quæ fuerit.*
123 *Magiſtratum duplicem populum habere, vti accidat.*
124 *Craſſi tunc adminiſtrantis, quæ extiterit gloria.*
125 *Quæ condemnatorum animos in iudices concilient.*
126 *Quis bonus Magiſtratus intelligendus ſit.*
127 *Magiſtratus munia, quæ Rempublicam augeant.*
128 *Optimè Magiſtratum gerenti quale præmium retribuatur.*
129 *Quod nedum in alios iuſtitia, ſed & in illam exercentem ſua dona extendat.*
130 *In iuſtitiam exercentem cœleſtes Theſauri cumulantur.*
131 *Optimi iudicantes concionatoribus præferuntur, & cur.*
132 *Vita actiua frugifera Reipublicæ magis, quàm contemplatiua cognita eſt.*
133 *Iuſti iudicantes à Domino diliguntur magis, ex Dauide.*
134 *Iuſti iudicantes cunctos mundi quouis nomine decoratos ſapientes ſuperant, atque vincunt.*
135 *Iuſtitiam facere veræ prædeſtinationis ſignum eſt.*
136 *Boni iudicantes nedum in terris, ſed etiam in cœlis dominantur.*
137 *Qui aliorum Domini eſſe intelligantur.*
138 *Iidem Dij denique crediti, ex Diuinis ſcripturis.*
139 *Iuſtorum præmia, etiam poſteros afficiunt.*
140 *Iuſtorum in patriam cœleſtem ſollennis ingreſſus deſcribitur.*
141 *Mundana Magiſtratuum optimorum præmia, quæ ſint.*
142 *In dignitate prædito quæ conſiderentur.*
143 *Honor, & dignitas quid.*
144 *Iudicare honor, & dignitas eſt.*
145 *Iudicantium certa nobilitas, vbi Principe mandante iudicant.*
146 *In bene iudicantes Principum diffuſa beneuolentia exponitur.*
147 *Miniſter intelligens cur Regi acceptus.*
148 *Officiorum ineundorum quis ordo diffinitus.*
149 *Nouitij Magiſtratus vti à Principibus tractandi, & cur.*

150 *Icannis*

150 Joannis Vaſques de Accugnia Capuæ tunc Gubernatoris, laus expoſita.
151 Don Ferdinandi della Quadra Capuæ tunc Iudicis commendatio.
152 Don Petri Paſquier eius ſucceſſiuè Iudicis multiplex laus.
153 Cur mali Magiſtratus ordinentur, cùm à Domino ſint, quæritur, & declaratur.
154 Attilæ Hunnorum Regis peſſima adminiſtratio remiſſiuè.
155 Mali Magiſtratus cum quorum peccatis participare intelligantur.
156 Malorum Magiſtratuum multiplex pœna exponitur.
157 Iuſtorum, & iniuſtorum poſt mortem locus quis ex Platone.
158 Nobiles magis quam ignobiles puniendi occurrunt.
159 Mali Magiſtratus improuisè morti ſubiacere intelliguntur.
160 Mali Magiſtratus porcorum more infernalia ſtadia ſubeunt.
161 Iudicis cuiuſdam miraculoſa conuerſio memoratur.
162 Aeaci, Radamanti, atque Minois apud inferna diſtinctè iuriſdictiones memorantur.

Digitized by Google

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE.

DIALOGVS TERTIVS.

PHILIPPVS NVNCVPATVS.

Octauius Minutulus, & Imbrianus Interpres.

MIN. Ecce nunc exorta ſit tibi clara lux, in qua pro voto, Diuino annuente flamine, nudiuſtertius, bono omine cępta tractatio concludetur. Imb. Ita fiet; parum etenim nobis ad eam ſupereſſe, citiſſimè res ipſa indicabit; & vt reor, ad meridiem vſq; nobis dumtaxat occurret agendum; vnde pro tui delectu prandium habere poteris, cum duplici iam exacta luce, cœnam, tractationis prolixitate expectaris, fatigatus. Min. At neque illius nunc tęderet, lautius, atque copioſius enim apud te me hiſcè diebus paſtum exiſtimo, cum longe ſit corpore animus præſtantior; At ſi quid non intercidit, tertium requiſitum ad iuditium referamus, vt pro tui voto meridie terminetur. Imb. Ita exequar; Vnde dum in tertio requiſito dicitur, Principis authoritate iuditium venire muniendum, illa fluit indubitata concluſio; Magiſtratuum videlicet, ordinationem ad Principem pertinere, quam ipſam primo loco à Summo Deo illi tributam in ſermo-
1 num initio non obſcurè tractatum eſt, * quippe cum apud eum omnis publica poteſtas, atque iuriſdictio fuerit conſtituta; vnde ipſe, veluti fons eſt, à quo ea fluere, & refluere deprehenditur; cum ipſe idem illam formare, ac formatam alijs demãdare credatur; vt per Baldum in cap. 1. §. ad hæc, verſ. ex præmiſſis col. 4. de pace iuram. firman. ex quo & illud pariter intelligere offertur;
2 * Iuriſdictionem in Principe diſtinctè conſiderari non poſſe, & propriè; ſed potius, vt tantæ eius poteſtatis partem quandam; non ſecus, ac cum dicimus flumen mare ingreſſum, non flumen amplius, ſed maris particulam ferri, vnde illam ipſe decernendo, veluti ſi quid ex maſſa extraheret, eam formare dicitur, &
3 dare; * quapropter ad Principum regalia illam pertinere pronuntiatum eſt, vt in cap. 1. quæ ſint Regalia; & in Regni Conſtit.
4 incip. Ea quæ ad ſpetiale decus; * cum non aliud ea ex præmiſſis ſit,

ſit,quam de publice commenta,introductaq; poteſtas; vt Azo in Summa tituli de iuriſdict. omnium iudicum cenſuit; quare niſi in poteſtate aliqua quis ſit, Magiſtratum iure non aget l.eum qui ff.præcitato titulo, ad quod in ſimili dicitur;iudicãdi munus publicè patere l. quippe ff.de iuditijs; vt merito ad ſolum Principem Magiſtratuum electionem ſpectare inſinuatum, ac poſitum ſit in c.iudicibus 2.quæſt.1. & in l.1.ff.ad leg.Iuliam de ambitu; dum ibi dicitur, *Nec hodie lex in vrbe ceſſat,quia ad curam Principis Magiſtratuum creatio pertinet*. Min. Non ergo ad eum antea ſpectaſſe, ex præfatis verbis innuitur. Imb. Vera dicis;

5 Nam ne, vel Romana tempora excedamus, * exactis tunc Regibus, omnis in populum regalis extitit reuocata poteſtas, ac ſimul eius poteſtatis propagandæ facultas, quam in multifariam Magiſtratuũ conſtitutos ordines explicabat; Maiores ſiquidem,

6 aut Minores apud eum ipſi cõſtituebantur;* in priorum numero Conſules, Decemuiri, Tribuni Militum, Conſulares, Cenſores,

7 & deſignati Prętores cenſebantur. * In Minorum autem Ædiles Curules, Queſtores, Viri Capitales, Nocturni, & Monetales, eiuſq; generis reliqui; Quorum primi quidem, & maiores, licet ante Seruium Tullium Regem Curiatis comitijs delecti fuerint; tamen ſuccedẽtibus poſtea floreſcentis Reipublicæ temporibus

8 * Centuriatis comitijs delegi,creariq; cęperunt,& conſueuerũt; Quæ maioribus auſpicijs captatis per cornicinem conuocari ſolebant; quibus etiam de perduellione,& bello ad populum, con-

9 ſtituendæ leges referebantur; * Alij verò,& minores tributis comitijs conſtituebantur; cum iam curiata exoleuiſſent, eiſdemq; & leges de pace, & ciuitate danda, deq; multa irroganda ferebantur, vt habes apud Sigonium de antiquo iure Ciuium Romanorum, cap.17.in verſ.conferamus: Sed hæc ipſa eo uſque obti-

10 nuerũt, * donec Romana Reſpublica ſuis in viſceribus Ciuium Optimatum,potentiam experta non extitit, in quam illidi illam, non vltra temporum patientia largiente, oportuit; quippe cum ſub Sole perpetuum nihil ſit; ac diſcordia potentiſſima ruere aduertantur. Illud namque obrepſit in Romana Republica malum, cui mederi quiſquam non valuit amplius; introductis ſiquidem diſcordijs,commotaq; in eum modum eorum diuturna Republica, vt nec Fabij, nec inter hos Maximus ille, aut Horatij, alijq; in ea ſtrenuiſſimi Proceres vlterius illam iuuare poſſent, non ſine grandi conſilio cenſuerunt Romanorum Superſtites eorum iura tueri volentes, in ſortem aliquem, potentem, inſigniq; vir-

Digitized by Google

tute præſtantem imperium eius, ac tantam in orbe partam poteſtatem transferre, quod ipſum regia ad hoc ordinata lege effecerunt, de qua habes in l. 1. ff. de conſt. princip. in Regni conſtitutione, non ſine grandi conſilio, & in §. Sed quod Principi, inſt. de iure naturali, dum ibi dictum eſt, *vtpote lege Regia, quæ de eius imperio lata eſt, populus ei, & in eum omne ſuum imperium, & poteſtatem tranſtulit;* de cuius contextus intellectu plura libuit annotare in libello meo prætermiſſorum cap. 5. vbi videas, atque de dictæ tranſlationis, & Regni ratione. vide apud Philoſophum 3. Politicorum, vbi eam ſtuduit comprobare, & aliqua per Minadoem in conſil. 1. num. 14. & alijs ſequentibus; quare cum ea publica poteſtas in Principem tranſlata fuerit; quò omnis tunc efferueſcentis diſcordiæ praecideretur occaſio, ex ipſa tranſlatione, ab ea populus ipſe penitus voluit abſtinere, vt iure inde quę alias populo in Magiſtratibus conſtituendis inerat deliberatio, eorundemq; conſtitutio, ad Principem in eius locum dictis rationibus ſubrogatum, comitijs omnibus antiquatis, ac diſruptis, pertinere cęperit, prout bene facit tex. in allegata l. 1. ff. ad leg.
11 Iuliam de ambitu. Min. * Imo non indiſtinctè in Principem translata; cum acceperim interdum Senatum quoque cum Principe ſimul ſtatuendi protendiſſe facultatem. Imb. Hoc verum quidem eſt, clareq; ſuadetur ex textu in l. quominus ff. de fluminibus, dum in eo ſic legitur, *Quominus publico ex flumine ducatur aqua, nihil impedit, niſi aut Princeps, vel Senatus vetet.* Atne hoc ipſum te à prædictis auertat, poteris conſiderare, quod præfato imperio, ac tanta tunc fulgens poteſtate Romanus populus in tranſlatione in Principem non potuit tributam alias Senatui poteſtatem comminuere, aut perdere; non ſecus ac candela, quæ ſuo lumine aliam accendit. quæ ſi materiæ defectu extinguitur, aliam à ſe lumine donatam perdere item non poteſt. Quare extincta quamuis in populo fuerit omnis tunc regendi poteſtas; ea tamen in Senatu proculdubio manſit, non quod Cæſar in Cæ-
12 ſarem euectus non potuiſſet illam exterminare; * ſed quia ipſe idem permiſerit Senatui ſua obire munia, ne rurſus inuiſum, ac, intolerabile alias Romanis regium nomen inuaderet, penitusq; agreſſor Romanæ Reipublicæ decerneretur; de qua re multa dixi in dicto meo libello allegato cap. 5. & in externo item colloquio alia; ad Principem ergo Magiſtratuum conſtitutio in vniſum referenda eſt, ex allegata l. 1. dum in vrbe ceſſare legem de ambitu dicitur, ex quo de cætero Principum ſit Magiſtratuum electio;

electio; quæ ſanè non ceſſaſſet, vbi penes populum adhuc ea po-
teſtas reſediſſet; quod & alio præterea latius demonſtrari poteſt.
13 * Nam qui iuditium fert, legis quodammodo dictum interpre-
tatur, quod tunc præſtare intelligitur, vbi ad particulare nego-
tium illud applicare, deducereq; dignoſcitur, quod ipſum cum
14 eiuſdemmet legis conſtitutione facilè conuenit. * At lex ipſa ſi-
ne publica authoritate, prout liquidiſſimum eſt, condi non po-
teſt, vt in §. Reſponſa prudentum inſt. de iure nat. ibi, *Quibus à
Cæſare ius reſpondendi datum eſt*; ergo & iuditium, neque quod
ad iuſtitiam faciat, ſine ea haberi poterit, facit textus in l. priua-
torum C. de iuriſdict. omnium iudic. & hoc quidem, vt determi-
natorum æqua determinatio ſit, iuribus vulgaribus; & habes per
D. Thomam in 2.2.q.60.art.6. circa medium; alias etenim in re-
giminum, & iuditiorum concurſu congreſſus diſſidens exorire-
15 tur, ac exprobanda confuſio, * vt merito vnus debeat Princeps
eſſe, iuxta Alberici doctrinam in prima Digeſtorum conſtitut.
Vnus enim Deus eſt, vna Fidelium Eccleſia, Vnum in corpore
caput, & ſimilia, de qua re multa proſequitur Laudenſis in tra-
16 ctatu de Principe quæſt. 132. * Vnde concludendo, quicunque
aliter, quam de Principis mandato iuditia haberent, illa ſanè
17 illegitima, atque vſurpata prodirent, * nullaq; proinde, ac in-
fecta in vniuerſum habenda eſſent; cum illis deficiat ad illa
ipſa ordinata poteſtas, atq; adeo quidem nulla, vt etiam inter-
cedente partium approbatione, validitatis fructum cõſequi non
mereantur, iuxta Doctorum, & Bar. traditionẽ in l. licet ff. de iud.
Min. Ex his, quę dicta ſunt, probari ne poteſt conſequentia hæc?
18 * ad eos videlicet pertinere Magiſtratuum deſignationem, ad
quos & ipſa legiſlatio ſpectat? Imb. Vtique ex prædictis, at non
è conuerſo, cum multi ſint, qui legis ferendæ poteſtatem non ha-
19 bent, tanquam Principi reſeruatam; * ſed bene, vel iure magi-
ſtratus, aut ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine Ma-
giſtratuum ſibi vindicant conſtitutionem; ipſi tamen quocunq;
direxerint, omnes principalẽ poteſtatem proſequũtur, vt latius
ſuo loco diuulgabimus. Min. Sed nonne aliorum pariter extitit
legiſlatio? vt plebis, Senatus, Prætorum, atque prudentum?
Imb. Bene verum. Min. Illi ergo omnes pariter creandorum iu-
dicum ſibi poteſtatem dabant? Imb. Neque in hoc diſſentio;
20 * Namq; regendorum populorum per tot tranſacta ſecula mul-
tiplex fuit habita ratio; primo enim poſt Reges, populus, vt di-
ximus, regimen protendit, cuius leges propriè, quæ per eum
ordi-

Digitized by Google

21 ordinarentur,nuncupabantur,* quo etiam vigente,Democratia intercidit,quę partis populi regimen notat,vbi ciuilibus diſcordijs toties à Patritijs, ac Senatoribus ſeceſſiſſe plebem Romanam Liuius narrat: per quam ordinata, plebiſcitorum nomine, etiam Patritijs, & Senatoribus Hortenſia lege innotuerunt: Sic
22 pariter eodem manente, * Ariſtocratia, & Oligarchia obtinuerunt; quarum altera prudentium adminiſtrationem ſignificat, & illa, vbi præ numeroſiſſimi Romani populi conuocationis difficultate Senatui,vt populi vice Reipublicæ conſuleret; extitit demandatum, à quo Senatuſconſulta prodierunt; Altera verò po-
23 tentum, & optimatum; * quorum edicta, ex Hadriani Principis indulgentia robuſta, exornataq; etiam nunc pro Regnorum ſtatu militant, cum alias annales leges eſſent, ac eorum tuitione eis placitum ſortirentur effectum; de qua re, ne alibi dictum repetamus,remitto exquirentem ad Libellum meum prætermiſſorum,vbi cap. 16. plura ſcripſi; & ſic,ad rem redeundo,ſub populo erant, quo vigente, lege,comitijs, vt ſupra, Magiſtratuum creatio procedebat; licet in ſeceſſu plebs ipſa Tribunum ſibi delegerit, multaq; tulerit ſacra Senatus authoritas. Min. Ad Principem nunc poteſtatem omnem habentem, & iuriſdictionem for-
24 mantem redeamus; ac proinde quæro * num multipliciter illam formare dicatur,& dare? Imb. Vtique, vel etenim iuris communicatione ordinariam Principes efficiunt, vel extraordinariam, ſeu delegatam. Min. Quam ordinariam nuncupabimus? Imb.
25 * Ordinaria eſt, quæ vel ex lege, vel conſuetudine, aut vniuerſitate, vel Principe, aut legitima præſcriptione ius dicendi poteſtatē tribuit. Min. Cur primò ex lege dixiſti? Imb. Iure quidem;
26 Nam ea, Regibus,eorum libidine,inſolentia,ac maledictis exactis,eorundem vicem geſſit, Rempublicā fuit moderata,ac pari
27 iure ſummos infimis adęquauit,* dum negotiorum omnium notionem, eorundemque exequutionem tribuere ſpectata eſt, quæ ipſius iuriſdictionis duo noſcuntur eſſe gladij, l. more maiorum, & l. & quia ff. de iuriſdict. omn. iud. Dictum eſt præterea, ſi rogites, conſuetudine, vti ea, quæ in dubijs optima legum interpres cognita eſt. l. ſi de interpretatione ff. de legibus, ac proinde, merito iuriſdictionē, merum, & miſtū imperium,& gladij poteſtatem tribuit. l. viros C. de diuer. off. lib. 12. cum allegatis pluribus per Guid. Pap. in ſing. 802. num. 3 vbi plene de vi & poteſtate eiuſdē. & habes per Afflict. in ſua deciſ. 175. nu. 3. intelligendo inſuper, vt per Bart. in dicta l. more maiorum num. 9. Dictum ſubinde eſt,

vniuer-

28 vniuerſitate,* ex quo & ciuitates ipſe Magiſtratuũ creationem ſibi interdum vindicarunt, vt in dicta l.& quia, notari dixit gloſa in Regni conſtitutio. cum ſatis, abundeq́ue, ſed de hac ipſa re plenius infra diſſeremus. De principe conſequenter non eſt dubium, ex prædictis. Dictum denique eſt. legitima præſcriptione;
29 * Nam per immemorabilem quæri iuriſdictionem bene poſitum legimus; cum vim conceſſionis, & priuilegij habere illa perſpiciatur; iuxta deducta per Ioſephum in deciſione Peruſina 106. nu.37. licet ſatis profundam quęſtionem in hoc ipſo circumferri in dicta l. more maiorum nu. 10. Bartolus edixerit, vbi ex gloſę, & Innocentij intentione inter ordinariam iuriſdictionem ſubminiſtrantes cauſas, omnes ſupra memoratas, ſola, de qua dictum eſt, præſcriptione excepta, proſequutus eſt. & plenius proſequi poteris apud allegatos per Alexandrum in l. Imperium num. 8.
30 ff. allegato titulo. Min.* Quæ verò extraordinaria cenſenda eſt? Imb. Quæ extra ordinem, & ſimpliciter conceditur, vt delegata; & dicitur cauſę, vel cauſarum in totum, vel pro parte à Principe, alioue Magiſtratu abſque noua adminiſtratione alicui demandata cognitio, ſeparatum Tribunal protendens, longa profecto deſcriptio eſt; ſed quæ cunctas ſuper re ipſa definita emergentes controuerſias dirimit. Min. Propterea, ſi placet, ſummatim, & quam breuiſſimè illius ſtructuram, & rationem exponas. Imb.
31 Ita faciam;* Vnde primo dixi cauſæ, vt particularẽ vnius cauſæ delegationẽ fieri poſſe concluderem; cum, quod plus eſt, & vnus in cauſa incidens articulus demandari valeat. Præterea dixi cauſarum, vt alicuius earum generis generalem delegationem
32 deſcriberem,* intelligendo tamen, quod qui taliter ordinantur, in dubio ordinariam iuriſdictionem conſequuti intelliguntur. Min. Vti verò in dubio ea decreta intelligetur? Imb. Vbi nec delegati nomine is, cui genus illud committi contingerit, condecoratus exiſtet, nec verbo delego, eius demandationis oratio fuerit conglutinata; iuxta ea, quæ latè proſequuti ſunt Doctores in dicta l. more maiorum, & præſertim Decius num. 37. & Iunior
33 Curtius num. 57. & 58. * Eiuſmodi Redemptores ciuitatum in Regno eſſe, iure affirmari poteſt, quos in eis introituũ omnium commendatam exactionem habere cõſtat, æris alieni diſtractionem, ac proinde cognitionem in omnibus, ne quid fruſtra ciuitatum ab earum adminiſtratoribus, vel detineatur, aut fruſtra
34 expendatur;* quarum omnium cauſarum palam eſt, ordinariam cognitionem extitiſſe; quod ipſum in conſiderationem, an ordinaria,

naria, vel delegata iuriſdictio ſit, prouocandum, eo loci Ionior
Curtius cenſuit. Dictum eſt ſubinde in totum, vel in parte, vt
totam cauſam, vel eius partem, articulum puta, vt ſupra, dele-
35 gari poſſe concluderetur. * Dictum deinde eſt, à Principe, quod
ante expoſita, lucidiſſima ſane, ratione nititur, ad excludendum
illam, quæ à lege fit, quæ rurſus ordinariam, vt in antedictis, iu-
riſdictionem præſtare cognita eſt, vt in l. prima. ff. de offic. eius.
36 Dictum eſt vlterius, abſque noua adminiſtratione, * ad legati
officium excludendum, qui adminiſtrationem, & ipſe habere co-
gnitus eſt, quam ipſam delegatus nequaquā agnoſcit l. eos C. de
modo multandi, & in auth. de teſtibus §. ſi verò ignoti. Dictum
præterea demandata eſt, ab que aliquo additamento, vt cauſæ,
vel cauſarum aliquarum coniunctim, ſiue diuiſim cognitio, de-
finitio, ac earundem exequutio comprehenderentur. Dictum,
37 additumq; denique eſt. Tribunal ſeparatum protendens, * ad
Vicarij differentiam; quem non aliud, præter illum inſtituentis,
38 Tribunal agnoſcere, verum eſt: & in ſumma, * quæ delegata eſt
iuriſdictio ex his potiſſimum dijudicatur, vbi ad certas cauſas
perſonas, locoſue contracta aduertitur, iuxta tex. in cap. penult.
vbi Gloſa, & notata per Panormitanum, & cæteros de officio de-
legati, & in cap. ſtatutum, de reſcriptis lib. 6. In quibus verò cæ-
teris ordinaria, & delegata iuriſdictio ſeparentur, ex quibuſue
præterea ordinariæ, vel delegatæ demandationem, ad eas voca-
ti pro eorum implendis muneribus, cognoſcere poterunt, ac de
multiplici Magiſtratu, qui delegandi, aut ſubdelegandi facul-
tatem habet, ne noſtri inſtituti cancellos tranſcendamus, adeun-
di erunt de officio eius latiſſimè, effuſiſq; habenis rubricam re-
petentes, ac in tituli de iuriſdictione omnium iudicum ſupra
39 citatis locis Doctores reliqui. Min. * Quis tamen horum maior,
aut excellentior Magiſtratus eſſe intelligetur? Imb. Magnam,
ac ſane veterem controuerſiam excitas, in ea ſiquidem diu ſu-
doribus plurimis effuſis, ac habitis vigilijs per ſcribentes certa-
tum eſt, vt videre apud Plautium offertur in lib. 2. ad dictam ru-
bricam cap. 3. 4. & 5. Martinum Monteroſcenſem, Orianum,
Cagnolum, Bolognettum, Alfanum præceptorem, & cæteros.
Nobis tamen in præſenti, ne reſpuere, ſeu mauis non admittere
illam videamur, ea animo reſedit intelligentia, quam ſcribētium
frequentior, magiſq; receptus calculus approbauit, vt dicamus
ordinarij firmiorem quidem iuriſdictionē eſſe, & maiorem illa,
quam Principis delegatus protendit, quippe, cum vulgatum ſit,

* ad

Digitized by Google

40 * ad omnes territorij cauſas ordinariam extendi, iuxta textum
in l. 1. §. cum vrbem, & ibi notata ff. de off. præfecti vrbis, in l. pu-
pillus. §. territorium. ff. de verb. ſign. & habetur in cap. cum Epi-
ſcopus, de officio ordinarij lib. 6. Delegati verò Principis ordi-
naria præfata digniorem, & excellentiorem, ad illam delegantis
Principis fulgentiſſima repræſentatione comportata. c. ſane quia
de officio delegati, quod & latius proſequere, varias formando,
ac deducendo concluſiones apud eos, vt ad inſtituti reliqua,
memores conuertamur. Min. Ex his quæ dicta ſunt, ſatis ar-
guimus multiplices magiſtratuum ordines circumferri, diffor-
mem inſuper eorum poteſtatem, atque diſtinctam, vt merito de
eis non iniuria, agendum veniat. Imb. Hoc porro clariſſimum
41 eſt, vnde pro exactiori captu illud fieri, exordiendum ſit; * vt ne-
dum agi nulliter poſſit; quia priuatus quis ſit, ac ſine vlla pote-
ſtate cognoſcat, qui aditus eſt, vt in ſupradictis, ſed etiam ſi ta-
lis quidem poteſtatem habens adeatur, cuius iuriſdictio exce-
ptione elidi valeat, vt habes per Speculatorem in §. excuſari po-
teſt, in verſ. item quod non iudex, in titulo de officio delegati, in-
telligendo tamen quando in ea cauſa prorſus incompetens no-
42 ſceretur. * Quamuis is defectus à præcedenti quamlongiſſimè
abſit; cum talis ſit, vt per tacitam, vel expreſſam prorogationẽ,
quibus non item præcedens, facile tollatur, l. 1. & 2. in princ. ff. de
iudic. habetur per Doctores in cap. cum olim, in verſic. protinus
contradixit, de offic. deleg. in cap. pen. in gloſa, & in cap. ſignifi-
caſti, cum ibi notatis de foro competenti; faciunt notata in cap.
nouit, de iuditijs. & habetur per Gloſam in cap. ex tranſmiſſa, de
foro compet. intelligendo tamen, quod dictũ eſt, dummodo aliud
non intercidat, quod penitus recurſum ad non ſuum iudicem
præcidat, vt in cap. 2. & cap. ſi diligenti ſupra citato titulo, cum
ſimilibus, de clericis adnotatum eſt, & vt aliqua ad hanc ipſam
43 rem particularia proſequamur, * in Regno hoc Neapolis diſtin-
ctas pleniſſimè iuriſdictiones animaduertere eſt; de ordinarijs
intelligendo, ratione quidem multiplici, vtputa locorum, perſo-
narum, & negotiorum potiſſimum; Namque à minoribus exor-
44 diẽdo, Baiulis ommiſſis, de quibus infra ſubijciemus aliqua; * in
Regni cunctis ciuitatibus, terris, & caſtris magiſtratus decretos
cõmorari, clariſſimũ eſt, ex Regni conſtitutione, incip. Cum ſatis,
ibi, *Et iudices vbique per Regnum noſtrum volumus eſſe, & tam*
45 *iura noſtra, quàm noſtrorum fidelium miniſtrare*; * ac propterea
nec comparandi quidem antiquis illis ciuitatum defenſoribus

Q ſunt;

ſunt; de quibus in tit. C.de defenſorib. ciuit. & in auth. eiuſdem
46 tituli dictum eſt; * Nam & illos coercitionem in quibuſdam delictorum generibus,vtputa,leuibus, proſequutos conſtat;cum in grauibus, non niſi perſonas notatas carceribus mancipare, ac referre ad præſidem valuerint, apud quem merum, ac miſtum imperium,omnisq; iuriſdictio cernebatur,vt toto titulo ff.de officio præſidis; Iſti verò primarum cuiuſcunq; generis cauſarum inter ciues ſuos, ſiue ciuilium, ſiue criminalium, capitaliſſime quamuis exiſtant,definitionem, exequutionemque,ſi modo prouocatione non remoueantur,vendicant,merum imperium intra ciuitatis territorium protendentes; iuxta dictum textum in l.pu
47 pillus, in §.territorium; * dummodo tamen aliud expreſſum non ſit, arg.conſtit.Regni ſtatuimus, & ſimilium,aut ademptum aliquid, nec per eos grauamen inferatur, aut excedatur inſtantia; Nam iam dictis caſibus,ac æquè cæteris ab alijs ſucceſſiuè superioribus iudicibus, ad quos recurſum per grauatos haberi contingerit, pendentes quamuis illæ ſint, iure reuocari poterunt; quod ipſum proſequi,inſtituti nõ eſt; ſufficiat eorum maximam in ſibi decretis locis adminiſtrationem eſſe, vltra nihil, vt infra latius proſequemur, & habes de prædictis aliqua per Paridem in tract.Syndic. in verbo iuriſdictio. num.1. & per Afflictum in conſt.Regni incip.Iuſtitiarij nomen,num.20.& ſunt iura in auth. de quæſtore §.ſi vero, in litera Regis Roberti,incip.Quorundam expoſitio querula.in dicta conſtit. Iuſtitiarij nomen,& normam, cap.ſignificauit, & c.irrefragabili,de officio ordinarij, & in cap. cum ſcimus, 8.quæſt.3.& c.ex literis,de iure patronatus,& quod
48 notat Archid.in cap.vltimo de except.lib.6.* Per Regnum item Regiæ Audientiæ octo, in octo quidẽ prouintijs inſtitutæ adhuc attenduntur,quarum vnicuiq; præſes vnus,ac Auditores legum peritia eminẽtes viri tres,alioquin diſertiſſimi coniunctim præficiuntur,Pręſides quidem in triennium,Auditores verò in biennium; ſanctiſſimè profectò ordinata tribunalia;quo grauati ſubditi,vbi eſſent, non tanta à re familiari diuiſione, & familia,nec tanta expenſarum erogatione, eorum iura exercere poſſent, neque tam numeroſus cauſarum cumulus grauatos alioquin Magnæ Curiæ Vicariæ Iudices moleſtaret; quamuis parum bene hæc ipſa frequententur; cum adhuc dictis tribunalibus omiſſis ad ſuperiores Magnæ Curiæ, aliosq; eminentiores præcipiti litigantium temeritate,quotidie decurratur;intelligendo tamen,
49 vt infra. * Sed & hi intra prouintiæ fines concluduntur, prout

vna-

Digitized by Google

vnaquæque ſibi illos deſignatos noſcit, vt intelligas tertio loco
50 * Magnæ Curiæ Tribunal iudices plures effuſiſſima in Regnico-
las omnes, poteſtate pollentes, fouere, eorum alios ciuiles eſſe,
qui de ciuilibus controuerſijs in vniuerſum,ac non vltra cogno-
51 ſcunt, * niſi primarum cauſarum à domiciliorum iudicibus ex-
ceptione propoſita,eorum elidatur authoritas, quod nec eorun-
dem competētiæ quicquam detrahere,probatum eſt apud Glo-
ſam,& Cardinalem in clement.2. extra vt lite pendente. & Ve-
52 nuſinum in ſpeculi 4.parte, 8.diſt.in princ. * Alios verò Crimi-
nales, qui ſimiliter,vel principaliter, aut appellationis remedio
cunctorum per Regnum facinora premunt, atque inconcuſſa
53 animaduerſione debellant, * quibus omnibus, qui præeſt, quo-
rumq; caput eſt,Regentis nomine illuſtratus,ac Magni Iuſtitia-
rij locumtenens ſpectatur,qui emergentes cauſas ad ſui libitum
ex Iudicibus vnicuique demandandi poteſtatem habet, ac in
cunctis item,regium nomen præ cætteris protendens ſe commo-
54 ſtrat authorem. * Non tamen ex demandatione præfata in ſibi
commiſſis cauſis delegati ipſi intelligentur, ſed bene ordinarij,
cum illud potius ex ęqua diſtributione ordinem,pro celeri cau-
ſarum expeditione,deſignet,quod & in cæteris memorandorum
55 Tribunalium iudicibus obtinere, intelligere poteris. * Sed quid
in Auditoribus Camerę in Romana Curia obtineat,quibus con-
ſtat cauſas committi,vt eas cognoſcant,num & ipſi ordinarij an
delegati credendi ſint, vide apud allegatos per Alex. in dicta l.
more maiorum num.18. & in clem. 2. de reſcriptis per Gloſam.
de quibus omnibus, ad rem redeundo, clariſſimè habes in Prag-
maticarum volumine,& propriè ſub titulo de officio iud.& alio.
officia.de officio Iuſtitiarij,ſeu Præſidis, ac de officio Iuſtitiarij,
ſeu Magnæ Curiæ Vicariæ, & in ſpetie quæ præfatis Iudicibus
reſeruata cognoſcenda ſint, proſequere, vt in allegatis Regni
conſtitutio.ſtatuimus,videlicet & Iuſtitiarij nomen,& normam.
56 * His verò omnibus Supremum, quod dicitur Sacrum Regium
Concilium, Sereniſſimorum tunc Aragonum manu cōſitum,ac
conſilijs ordinatum præſidet;in quo maximi nominis Doctores,
graues,ſeueri, inſontes, mites, iuſti, qui in iuditijs exercendis
faciles non precibus, nec pretio,non amicitia,nec odio, aut vlla
alia denique re corrumpuntur,à rectiq; deijciuntur Sede,in om-
nibus iuſtitiam amplexantes,ac diuina in proximum formidan-
tes iuditia, pluribus in aulis conſtituti vndique per Regnum à
ſupra proximè memoratis Tribunalibus per appellationum

ſubſidia cauſas audiunt ciuiles, tùm criminales, ac Regia defi-
nitione ſumma cũ æquitate,miro,ac ſanctiſſimo ordine finiunt,
excquutioniq; demandant, prout in externo ſermone latius cõ-
57 monuimus; * eis tamen omnibus, qui formam dat, ſuperiori lo-
co poſitus Præſidentis nomine fulget, Magni Prothonotarij etiã
inſignitus exercitio; ad quem, ad Cæſarem veluti ſi confugere-
tur, ſub Sacræ Maieſtatis nomine ſupplicationes ſubſignandæ
conferuntur; quibus & inter Conſiliarios cauſas diſtribuit; Mi-
noribus Tribunalibus formam dat,peremptas inſtantias per ſpi-
ritus inſufflationem reſtaurat; atque alia penè innumera ſibi cu-
ræ ſunt, vt infra de officio Sacri Regij Concilij per totum ordi-
58 nationes releguntur; * Refulget in eo ſummi nunc nominis Iu-
riſconſultus, & bene antiquus Regius Conſiliarius D. VIN-
CENTIVS de FRANCHIS, qui aduerſo, veluti Marte
ſuis tot meritis notiſſimis mundo, vt alias extiti proteſtatus,ad
officium,ac dignitatem prædictam prouehi,etiam à latere Con-
ſiliarij, Regentiſque Regiam Cancellariam nomine decoratus
meruit; quem mei voto in annos multos ſeruet Omnipotens.
59 * Vnum tamen in prædictis expungendum occurrit, quod & ſi
criminales cauſæ per appellationem ab omnibus Regni Tribu-
nalibus ad Sacrum Concilium referantur, illud re ipſa in cauſis
in Magna Curia agitatis procedere intelligendum eſt; quippe,
cum appellatione remota, non iudicet, ac,vt dictum eſt, imme-
diatè Sacrum præfatum Regium Concilium agnoſcat, quod ſi
ab alijs Tribunalibus veniant,illæ omnes ad Magnam Curiam,
Regia ad id ordinatione promulgata,remittuntur, quæ 47.in al-
legato titulo Sacri Regij Concilij legitur, quaſi quod eo medio
omiſſo, non ſit tam ampliſſimorum negotiorum Tribunal ita te-
merè aliarum rerum,& controuerſiarum ſarcina pergrauandũ;
60 * ac tanto magis ex quo Conſiliariorum in dicto Concilio no-
uiſſimus inter ipſius Magnæ Curiæ Criminales Iudices ſedet,
cauſas audit, terminationibuſq; faciendis proprij conſilij partẽ
exhibet. Min. Quid ſibi vlterius præſefert alterum,quod dicitur
61 Regiæ Cameræ Summariæ Tribunal? Imb.* Illud quidem ma-
ximum,eminenſq; eſt,ac vniuerſi regalis patrimonij poteſtatem
vendicat; & ſic cauſas fiſcales omnes cognoſcit, atque dirimit,
62 * in quo ſane diuerſorum generum, Magiſtratus conſtituti ſunt;
quorum primi Pręſidentium nomine nuncupantur;atque eorun-
dem alij iuris inſignibus decorati, peritiſſimi, conſultiſſimique
viri efferuntur, alij verò idiotæ, at in his,quæ Regium patrimo-

nium

Digitized by Google

nium ſpectant inſtructi,& oculatiſſimi, omneſq; ſimul, poſtpoſita interdum aduerſus idiotas exorta controuerſia, de qua in Pragmat.58. infra de officio procurat. Cæſaris vna cum eis aſſidēte,& præſidente Locumtenente Magni Camerarij cauſas præ-
63 fatas tractare, decidereq; conſpiciuntur. * Ad idem Tribunal omnium Regni vniuerſitatum, vbi Regis perſpiciatur intereſſe, protectio relata eſt; & maximè earum, quæ ad Regium demanium, à Baronibus, non ſine maximis erogationibus, debellãtes, ſe perduxerunt, dum adminiſtrantium computa per Rationales in eo conſtitutos expendit, debitores detectos ſignificat, atque emendare compellit. Ponderum præterea, menſurarum, immunitatum, cataſtorum, paſſuum, pontium; bonorum vacantium, theſaurorum, & cæterorum ſimilium per Regnum ditionem exercet, vt in allegato ſupra titulo de offic. procurat. Cæſaris liquido videre offertur; illud tamen pro coronide, ad præfatam
64 dicti Tribunalis poteſtatem addendo, * quod fiſcalium quidem cauſarum cognitionē cum perſequatur, nedum vbi Fiſcus principaliter conueniri perſentitur, exaudiendum eſt; ſed etiam vbicunque in quouis alio Tribunali, aut foro in priuatorum cauſis,
65 vti laudatus author traheretur, * quod contra iuris communis diſpoſitionem, in l. venditor ff. de iuditijs, ordinatum videre eſt in pluribus Regijs ſanctionibus, & quidem in allegato tit. Pragmatica 12. & in alia 15. inter æditas per Ducem Oſſunæ Proregem; non ſecus ac in clerico ſimiliter vocato in Sacro Regio Concilio deciſum eſt; Referente pleniſſimè Grammatico in deciſio. 21. per totam, & de prædictis habes plenè per Capicium in deciſ. 197. incip. in cauſa Sberti, D. de Franchis in deciſ. 116. incip. in cauſa Reuerendi, num. 13. & 14. verſ. his ſic diſcuſſis. & deciſio. 117. verſ. & nouiſſimè, & deciſ. 132. incip. Quando eſt lis, &
66 ſimilibus, * quamuis in hac ipſa re, contra Fiſcum in Sabaudiæ dominio deciſum referat Teſſaurus in Pedemontana deciſ. 213. incip. Priuatus. Sed de hoc non plura, ne præter animi voluntatem, inſtituti rationem vlterius excedamus. Adeſt conſequenter Magni Admiratus aliud Tribunal, & ipſum in his quæ mari fiũt, vel accidunt, maxime quidem poteſtatis, vnde Magna Curia Admiratiæ dicitur. Item aliud Artis ſerici, & ſimilium; de quibus differere ſigillatim vltra præfata, ſuperuacuum iudico.
67 Illud tamen ex his vlterius deducendum eſt; * iuriſdictionem videlicet, ſic quoad vſum diuerſimode formatam, atq; diuiſam ab vnoquoque, cui illa feratur decreta, intra ſuos fines ſeruandam fore.

fore. Nam cum ad fabrè digerendum Regnorum regimen, ea aduertatur diſtributa, plurimorum in plurimis, peculiari induſtria, atq; conſilijs accerſitis, pugnans his ſanè, ex inuicem contingente turbatione, aut complicatione, ſuccederet euētus; cum illud clariſſimum ſit, confundi, ac peruerti iuris, omniſq; iuſtitię ordinem; vbi vnicuique tributam iuriſdictionem integram non ſeruari, admitteretur, vt in cap. peruenit. 11. quæſt. 1. dicitur in Pragmatica 37. infra de officio Sacri Reg. Concilij, & in conſtit. Regni, incip. Officiorum, dum in ea dicitur, *Officiorum periculoſa confuſio priuatorum iura, quæ iuſtitiam ſitiunt plerunq; confundit.*

68 * Imo, ſi qui ſunt, qui exceſſis ſuæ poteſtatis finibus, in alterius meſſem falcem temerè immittendo protenderent; tamquam iuriſdictionis vſurpatores, poterunt coerceri; cum, vt priuatæ perſonæ, illud credantur admittere; Namque limitata iuriſdictio limitatam eis poteſtatem tribuit, vt per locum à ſpeciali probatur in cap. ſignificaſti, de officio delegati, & facit textus in l. in agris, ff. de acquirendo rer. dominio; ac multo præterea magis ij puniendi occurrunt; ex quo ſic agendo, illius iuriſdictionis iudici quodãmodo iniuriam intuliſſe, ac conſequēter eiuſdem dignitatem cōminuiſſe credãtur, vt habes per Innocentium in c. 1. de officio delegati, cum alijs allegatis in Gloſa, in Pragmatica incip. Diſcordias, infra de iuriſdictio. inuicem non turbandis, in verſiculo adde quod inferioribus; proinde aduertant Magiſtratus, ne vel temerè, aut inconſultè aliorum poteſtatem inuadant; ne ſuis libratam numeris regnantis adminiſtrationem confundant, ac temeritatis cum expulſores, paciſq; prouiſores ſe monſtrare debeant; vſurpatæ iuriſdictionis ſeipſos criminibus implicent, & plurimis, quæ inde exoriuntur, ſcandalis authorentur. Min. Maximum eſt, quod edixiſti; namque ex hoc ipſo facilè eis offertur in laqueos plurimos incidere, & ſic vel imprudenter ſaltim alterius in iuriſdictionem irruere. Imb. Ne quæſo exiſtimes ita ſeueriter in caſu prædicto in eos animaduerti, tamque arcta iuris cenſura teneri: Nam præfata pragmatica ſanctione illud prouiſum legitur, quod vbicunque huiuſmodi aliquid per cuiuſcunq; generis Magiſtratus attentari contingerit, per ipſum Magiſtratum requirendus ſit; qui tale quid admiſerit, vt admiſſum iniuria, attentatũue, quod eſt, reuocet expeditè; quod ſi ad emiſſam eius ſimplicem requiſitionem illud emēdare negligat, vtputa ſi quem iu non ſuo territorio ceperit, nec requiſitus, relaxare procuret; iuxta Baldi doctrinam in l. non eſt, col. 2. ff. quod met. cauſa.

Digitized by Google

cauſa,& in conſil.209.vol.2. tunc vigintiquinque vntiarum de ſalario ad eum ſpectanti fiſcali cameræ applicanda plectetur; quod & perantea communi quoque iure,ſatis,ex eius rei neceſſitate, obtinuiſſe elicere eſt ex l.2. C.de officio comitis ſacri palatij,l.quæcunque,C.de exequuto.& exacto.l.in prouintijs,C.de numerarijs, libro 12. & in l.conſulta diualia. C.de teſtamentis; in quibus omnibus, ne promiſcuis actibus rerum turbarentur officia,ad vnum vocatus, in alterius,quod erat, irrumpere vetitus erat;ac proinde ſi quis temerè inuaxiſſet,puniebatur,vt plenè habes apud Paridem in tract. Syndicatus, in verbo officium, cap.1.in princ. tantoq; magis inſuper intra ſuos fines ipſi conti-
69 nere ſe debent; * quod cum potiſſimum ſibi curæ eſſe debeat; ne perperam coram eis agatur, aut contendatur. cap.iudicantem, 30.quæſt.vltima,cap.cauſam quæ,& cap.examinata,de iud.cum alijs multis congeſtis per Vantium in tract.nullitat. in §.qualiter ſentent.defendi,ſeu repar.poſſint,num.2.cum alijs ſequentibus;vtique quantumuis ordinarij perſpiciantur, nulliter tamen coram eis contendi,agiue ex hoc ipſo ferre intelligerentur,vt in l.factum à iudice,ff.de regulis iuris,in l.1. C.ſi à non competenti iudice, & in l.1. C.de iuriſdict.omnium iud. & ſimilibus cæteris;
70 de principali tamen cognitione omnium intelligendo;* cum in multis non improbetur externæ poteſtatis rei habita cognitio; iuxta notata per Vantium in nullitate ex defectu iuriſdictio.ſub
73 nu.47.& habes apud D.de Franchis in deciſ.512. Min.* At num pœna aliqua tenebitur is,qui ea de re,iudice permittente cognouit, aut aliud quid præſtitit? & ſic cognitum, præſtitumue, quod eſt,procedere intelligetur? Imb. Procedere bene ſcripſit Follerius in Regni conſtitut.incip.Capitaneorum.num.47.dummodo nec partium aliqua iure obſiſtat,vel priuilegiato cuique inſtan-
72 ti,& de incompetentia excipieuti nulla inferatur iniuria: * & in ſumma alterius quis iura vſurpare nō debet, cap.cum ad verum 96.diſtinctio. Sed ſuam quiſque,vel à Principe, legeue ordinarius;vel à Principe dūtaxat,vti ab eo delegatus,vel ab alio quouis Magiſtratu ad delegabiles cauſas vocatus, vel ad earū vniuerſitatem,vel pluralitatem, vel ad vnam, vel eius denique vnicum articulum ſibi demandatam iuriſdictionem in proſequendo, decidendo,exequendoque, trutinatis in demandatione contentis clauſulis à principio ad finem vſque repetere, metirique debet; iuxta notata in cap. quoniam Abbas de officio, & poteſtate iudicis delegati,& ſimilibus; in vlla re, etiam minima alte-

nus in cap.Sanctæ Mariæ de conſtitutio. quæſt. 11.num.96. validum tamen illud eſſe,decidit Angelus in conſ.32. quem Socinus inter Curtij conſilia in conſ.20. ſequutus eſt; ex eo potiſſimùm, quod ad rixas, & ſcandala vitanda credatur ordinatum; & habes plenè apud Teſſaurum in nouiſſima Pedemonta.deciſio.136. num.3.& 7. Sed de his nunc hactenus, ne curioſius,quam par eſt,
79 in admiſſis agere,deprehendamur. Min. Vt Iubet. Imb.* Cum ergo indubitatè omnis ex Principe immediatè, vel mediatè iuriſdictio protendatur; ad illam quiſquis non ſummonitus, vbi accedat, tantæ temeritatis pœnas ſe reportaturum, certo ſciat; quas pro rerum, factorum,temporum, ac perſonarum diuerſitate plurimas, ac ſanè grauiſſimas ſuæ regalis authoritatis zelantes Principes, communibus, ac Regni iuribus ſtatuerunt. Min. Cedo quæ? Imb. Dicam, ac pro exactiori eius rei indagine plures caſus percurrere, & concluſiuè definire oportet; Primus ſit, quæ pœnæ infligendæ veniant, vbi priuatus occupat; Secundus, vbi priuatus quidem, ſed vniuerſitate mandante, illumque inſtituente, ad eam inſurgit; Tertius,vbi idem alio Magiſtratu dirigente,excitatur; Quartus,& poſtremus, vbi Baro illam inuadit,
80 vel eius nomine,ac facto,priuatus quiſquam.* Quantum ad primum; Quiſquis abſque aliquo Principis motu iuriſdictionem præſumpſerit vſurpare; communis iuris diſpoſitione, de qua in l.3.§.vltimo ff.ad leg.Iul.Maieſt. Læſæ Maieſtatis crimine, in ſecundo capite ſe irretitum,obnoxiumq́; intelligat,ac proindè capitis, publicationisq́; bonorum pœnis inuiolabiliter ſubiectum; non ommiſſo,eundem tertiò falſi pœna teneri,& maximè vbi de ſuo officio regias literas merum, & miſtum imperium continentes ſibi fabricauerit; vt plenè proſequitur Afflict.in Regni conſt. Duram, & diram num.4. Min. Ad quid tot pœnis occurſi m…? Imb. Iure quidem; Namque ſic vſurpando Principem ſe fecit; dum ſibi exercendam iuriſdictionem formauit; quod ipſum ſpetialiter ad regnantis thronū pertinere,vulgatum eſt;dicta conſt.
81 ea, quæ ad ſpetiale, ac alijs ſupra expoſitis.* Quoad ſecundum; qui vniuerſitate mandante ciuilem, ac criminalem iuriſdictionem inuadit;vltimi ſupplitij pœna reus fit, vniuerſitas,quę illum ordinauerit, deſolationis pœnam patietur; in ea verò,qui tale quid admiſerint exiſtentes ciues perpetuò angarij, & perangarij iudicandi venient, vt clariſſimè legis in conſtitut.cum ſatis,
82 abundeq; conſtitutum,* atque hinc aſſequeris Minutule dilectiſſime quanta, & quam excelſa ſint huius noſtræ Almæ, Inclitæ, &

Regij; tum quod vniuerſitates Baronum appellatione nón veniant,vt docuit Afflictus in dicta conſtit.Regni,ea quæ,num.20. cumq; etiam, quod licet per nominationem, ſeu electionem iuriſdictio collata cenſeatur; tamen cui cenſeatur Princeps explicet,& ipſius cõfirmatione eidem tribuat exercitium; ne in illam
88 quæſtionem, * an confirmans dare præſumatur, incidamus, & nos, quam uarijs notis in vulgata l. more maiorum Scribentes ſunt proſequuti, quamq; bene explicuit Gloſa in l. priuatorum C.de iuriſdict. omnium iud. ad nihilum ſi quidem ex nominatione delatio ſeruire valeret; niſi ad eius exercitium principalis ex certa ſcientia prouiſio per eas electum inuitaret; vt dare ex hoc quodammodo Princeps videri poſſit; Illo præterea ſuppoſito, quod ex Innocentij doctrina in cap.dilecti de elect.& in l.& quia
89 ff. præcitato titulo, num. 20. Angelus cenſuit, * electionem videlicet, ſeu nominationem iam dictam facile legitima aliqua oppoſitione emiſſa,reuocari poſſe,at vbi principale robur fuerit aſſequuta nequaquam elidi poterit; quicquid in contrarium eo loci Decius num.27.fuerit cõmentatus; cum in eiuſmodi ſuperinducenda confirmatione nulla exigatur cauſæ cognitio,ex quo vniuerſitatem eligentem,aut nominantem non de peruerſo, aut temerario ſibi prouidere; ſed meliori,& optimo, voluiſſe, Princeps intelligit; ac tandem, quod ab ipſo ſuperiori cenſeatur datus, facit optimè textus; iuxta nouiſſimorum conſiderationem
90 in auth. de defenſoribus ciuitatum in §. ſed interim. * Baiulos præterea multæ aliæ ciuitates ſibi deligunt ex conſuetudine, atque pro confirmatione ad Magnum Camerarium, ſeu Regni Secretum confugere ſolent, de cuius conſuetudinis validitate multis diſputat Bombinus in conſ.70.& 72. Aliæ verò ex priuilegio nedum eligunt, ſed etiam confirmandi illum dant ſibi ius, inter quas illuſtris hæc Campana Ciuitas, vt aliud permagnum eius obiter ornamentum admireris, Baiulum, & ipſa ſibi conſti-
91 tuit; at longè maioris poteſtatis, quam cæterę habeant, * cum de omnibus cuiuſcunque generis Ciuilibus cauſis, cuiuſcunque momenti illæ ſint,etiam ſi de feudo,vel eius parte fuerit controuerſia,cognoſcendi,terminandiq; poteſtatem habet; à cuius ſententijs figurato grauamine; nullo alio medio conſiderato ad Magnam Curiam Vicariæ interpoſita in illis dirigitur,deuoluiturq; appellatio. Min.Magnũ proculdubio in hac alma Ciuitate, cauſarum numeroſitate, Tribunal effertur, vti in eo, in quo frequenter de plurimis,ac innumeris quidẽ quotidie iuris apicibus

R 2 diſceptare;

diſceptare; non ſine Aduocatorum ſtrepitu,contingit; ac proindè maximè illuſtri hac recenti reformatione decuit illud penè collapſum reſtaurari; cuius rationem, ſi placet, Imbriane, in reformati, ac digniſſimè Reformantis memoriam, promere, proteſtariq; ne ceſſes rogo. Imb. * Faciam libenter, ab eoq; rem
92 teſtariq; ne ceſſes rogo. Imb. * Faciam libenter, ab eoq; rem exordiendam puto,quod explicitè valdè acceperimus;perantea in Baiulationis præfatæ literatos Iudices, ex Doctorum penuria, ne ſæpiſſimè inter eos iuriſdictionis,aduerſus Ciuitatis ſtatuta, exercitium repeteretur; à quo per annos ſex ipſa prohibēt abſtinendum, ſimul ex procuratoribus aliquos facultatibus non deſtitutos,non contemnēda praxi inſignitos,optimeq; præterea opinionis,& famæ viros admiſerunt;quod ipſum in eum modum plurimis luſtris extitit obſeruatum;quippe,cum iuris diſpoſitione iuuari quodammodo cognitum erat, de qua in l. certi iuris
93 C.de iuditijs,& in conſt.Regni incip.Magiſtri Camerarij,* dum ibi dicitur. *Sed Baiulationes eaſdem committant viris fidelibus, & opinionis electæ,prudentioribus,& generoſioribus,ac ditioribus, prout locorum conditio miniſtrabit.* Verum, quia hoc ipſum, rei abuſione, ob nouiſſimorum procuratorum numeroſiſſimum ordinem,ex multis ad virgę fractionem protractum innotuit;cum è contra in magno numero Iuris vtriuſque Doctores adeſſent, rem ipſi trutinati indignati vlterius ſunt, tam perperam eorum ſibi cateruam præferri; ac propterea ab officij prædicti exercitio, nomineq; præfato ab eius loci liminibus eos explodere, multis iuditialibus controuerſijs fatigarunt; At quia Procuratores ex aduerſo poſſeſſionem; quam antiquiſſimam dicebant, protendentes; multifariam ad eius conſeruationem inſtabant; in eum modum res ipſa tractari cernebatur, vt nouæ incedulationi dato principio,per vnius ex Procuratoribus extractionem, Doctoribus ipſis deſperatum, ac perditum ferè opus videretur;
94 ac ſanè funditus extitiſſet euerſum;* niſi tandem ſancti Spiritus lumine ductus quondam bonæ memoriæ Anibal Moles conſultiſſimus, ac antiquior in hoc Regno à latere Conſiliarius; Regiamq; Cancellariam Regens, ex Principis delegatione,vti huius almæ Ciuitatis Protector integerrimus, nobis rem ipſam, inter cætera, conſpecturus adueniſſet; Namque is veteri abuſu, ac nunc in poſterum excreſcenti, perpenſo, Regia cooperante manu,tot prębfati Tribunalis calamitatibus medicinam exhibuit congruentem;pleniſſimè ſiquidem animaduerſione habita penitus excluſis his curiarum canibus, vt Doctorum verbis vtar,
noſtrum,

noſtrum, quem deuorarunt, vlterius affectantibus panem, non ſine maximo Campani populi applauſu, decreuit, ac Regia defi-
95 nitione ſanxit; * Decem & octo Doctores cedulis inſcribendos fore, nullo his alio ſuperaddendo; quibus incluſis ſingulis annis deberet abſtractio cōtinuari, ac in dicto Tribunali virgam protendi: Reſidetq; nunc in eo I. V. D. Iulius Cæſar Maiorellus, vir ſanè ſuis optimis moribus aſſiduè honoribus honeſtandus, & iuris, qua fulget, peritia excolendus: ſed ad dicti Perilluſtris viri opus redeo; quod profectò vti populi frequentiſſima voce probatum, ita ſanctiſſimum cognitum eſt; ac dicti Domini in hac alma Ciuitate effectorum operum ſigillum protendens; Namque paucis inde diebus in Domino, omnibus collacrimantibus, & præſertim ordine, populoq; Campano, moriens obdormiuit. Min. O quam bene iuſtitiæ virga erecta eſt; & quam optimo præſidio, quo in omne ęūū dirigatur, donata eſt; ne quicquam ſiquidem, etiam minimum eius regimen perantea ordinantibus, pro arbitrio; quo totum conficiebatur, relictum eis eſt; vnde poſthac occaſione aliqua perturbari, aut coinquinari illud poſſit. Sed nunc, ſi placet, inſtitutum proſequamur, relictis in Baiu-
96 latione Doctoribus. Imb. * Quoad tertium in ordine; Is qui ab alio Magiſtratu in eius locum fuerit ordinatus, nulla in hoc ſibi facultate competente; ſatis certa Regni conſt. allegata Duram, & diram bonorum publicationis ſtatuta pœna multabitur; dummodo per duas vices ſaltim, ex ordinatione iam dicta, iuriſdictionis actus expenderit, vt in l. 2. C. de epiſcop. audien. & habes per Afflictum in dicta conſtit. ſub nu. 6. alioquin ſi ad exercitium is non deueniſſet, nequaquam dictæ conſtitutionis pœna in eum referri poſſet; at vbi exercuiſſet, præter explicatam pœnam, atq; priuationis officij, aliam, ipſo iure incurrendā; actorum, pariter, omnium nullitas inſurgeret; quam omnibus qui ſecum egerint, notorium eſt, eſſe nociuam l. in his de diuerſis officijs, l. nullum C. de cohortalibus; & habes per Afflictum loco citato num. 8.
97 * Quoad quartum verò, & poſtremum; Si loci Dominus, ſeu Baro in eo Ciuilem habens iuriſdictionem, etiam Criminalem inuadat; is per allegatam Regni conſtitutionem, ea quæ ad decus, loci, ſeu terræ publicationis pœna, in quo, quaue illud admiſerit, per ſententiæ prolationem, afficietur: vt ibidem num. 29. Afflict. notat; Quamuis etenim Baronibus, vt latius in 6. notabili explicauimus, per Regem Alfonſum Primum merum, & miſtum impe-
98 rium fuerit communicatum; * non tamen omnes illud protendunt;

dunt; cum nec ſub vniuerſalis iuriſdictionis conceſſione illud venire cõſtet,vt ſingulariter Baldus decidit in cap.quanto col.1. de iuditijs;quem refert,& ſequitur Catellianus in ſuo Memorali incip. Iuriſdictione, & habes per Afflictum in dicta conſt.ea quæ num.22. & 24. vnde illud eſt; eorum alios pleniſſimam, vtputa Ciuilem, & Criminalem iuriſdictionẽ nactos deprehendi, Alios Criminalem tantum, Alios ſolam Ciuilem, Alios verò primarum, & ſecundarum cauſarum, & interdum tertiarum cognitionem,ac definitionem proſequi; vt merito Regia, quoad hæc ipſa, fuerit ſanctione conſtitutum, ex Baronibus nemini licitum fore,neque in genere,neque in ſpetie iu eorum terris iuriſdictionem exercere, niſi quatenus in eius exercitij poſſeſſione eſſe fuerint ſpectati, in hoc, eorum priuilegiorum attenta forma.
Min. Priuilegia ergo in eorum poteſtatis exploratione neceſſa-
99 riò exigentur? Imb.* Adeo quidem,vt ſine eis comprobari legitimè non poſſit, vt in l.vnica C.de mandatis Principum; & notabiliter decidit Bald.in l.prohibitum col.penult.circa medium C.de iure fiſci lib.10. quod proſequere, vt latius ſcripſit Cotta
100 in Memora. incip. Iuriſdictio ordinaria. * Illud tamen intermittendum non eſt, in dicta pragmatica nedum de priuilegijs fuiſſe commonitum,ſed etiam de legitima præſcriptione,ex eo, quod vim priuilegij habere illa intelligatur. Min. Illud ex præ-
101 miſſis offertur admirari,Imbriane,quod notarim * in tot partes Principis imperium ſciſſum; quod ipſum attentari, efficiq; non poſſe, ipſe credebam. Imb. Illud in hoc aduertas Minutule, non in vniuerſum ex his conceſſionibus imperium ſciſſum ſpectari; ſed quoad quædam, ac proinde duas formare indubitatas concluſiones poteris;iuriſdictionis,videlicet exercitium Baronibus variè communicatum; & hæc quidem prima, ac vulgatiſſima.
102 Altera verò erit, * omnia in Regno Principis eſſe, vti Domini directi, atque ſupremi, non ſolum quoad generalem tuitionem, & protectionem, ſed etiam quoad præfatum meri, miſti, ac ſimplicis iuriſdictionis alias communicatum exercitium,vt in l.bene à Zenone C.de quadrien. præſcript. & in cap.quo iure 8.diſt. quod vlterius proſequere, vt per Boerium in tract. de cuſtodia clauium num.70. Alia verò generis huius in notabilibus attendenda erunt in vltima parte in fine.Quare Barones item omnes; vbi ad præfatorum generum cauſas pertractandas alias iuriſdictionis exercitio carentes, iudices ordinare feſtinant, idoneos illos, & ſufficientes, qualesue ſupra effinximus, deſignare ſtudeant,

deant, quique in nullo Regiam iuriſdictionem vſurpent; ſed in Dominorum priuilegijs inſculptam diligenter cuſtodiant, ne vſurpatæ iuriſdictionis duris, dirisq; pœnis inuoluantur. Min. Dixiſti de pœna Baronum occupantium; dicas modò qua pœna
103 per eos ordinati officiales tenebuntur? Imb.* Non quidem pœna in dicta cõſtitutione in Barones ſancita, cum ipſi terram, qua valeant ſpoliari, non habeant; puniri tamen extra ordinem poterunt; illo conſiderato multo, ipſis, amplius mandantes Barones delinquere, cui ſimiliter per Afflictum congeſta citato loco numero 30. & 31. adiungas; ne in longum rem protrahamus. Min. Non ergo aliud in hanc ipſam rem deferendum ſupereſt? Imb. Pro præmiſſorum coronide, duas alias concluſiones abſoluemus, principalem alteram, alteram verò in propoſitorum re-
104 ſtrictionem; Quoad primam,* ſi quis præter illa iuſtitiæ, adminiſtrationis officia, de quibus in titulo Codicis de diuerſis officijs, & de numerarijs lib. 12. vſurpaſſe perhibeatur, falſi pœna, aut alia fortaſſe extraordinaria obnoxium ſe faciet; Quoad ſe-
105 cundam verò illud expungendum eſt, * quod diximus, læſæ Maieſtatis crimine alligari illum, qui ex ſeipſo iuriſdictionem inuaſerit principalem; namq; intermittetur in eo tantarũ pœnarum flagitium, vbi actum aliquem ad bonum finem, quamuis iuriſdictionis ſit, ordinaret; vtputa ad rixas, & ſcandala tollenda, vt habes per Follerium in cap. Regni incip. ad regale faſtidium nu. 6. ſub titulo de officio præſidis, ſeu iuſtitiarij; ſi verò vlterius hos principalis iuriſdictionis vſurpatores inſequi velis eundem Follerium in ſuis fragmentis ad praxim criminalem ſubiectis in titulo de iuriſdict. iudicum in verbo vniuerſitates num. 28. Robertum Venuſinum in ſuo conſ. 114. incip. Vtrum Baro, Moderniores in pragmatica allegata de regimine vniuerſit. à numero 181. per plures ſequentes; Afflictum, & Andream in vniuerſum in locis allegatis; atque Capicium in ſua deciſ. 130. adire poteris, vbi is copioſè, quamuis cogitandum derelinquat. Min. Putas ne ex his aliud vltra deducendum? Imb. Quid ni, & illud ſane; nam cum Principis imperium, omnemq; iuriſdictionem eſſe iure dixerimus, eorumq; temerarios vſurpatores tot pœnis inde ſubiectos fuerimus proſequuti, illud inſuper, quamuis præconceptum, planeque cognitum deducendum, quod cunctis proponamus,
106 offertur,* quod quorumcunque ad ambiendas adminiſtrationes relatas procliues feruntur animi; ad eaſdem ab habentibus poteſtatem ſe promoueri ſuſtinere debent, l. 2. C. de decurio. & in

l. ſu-

l.ſuperinducendi C.de iure fiſci libro 10.ne eis miſerrimis cum euangelico illo occurratur, *Quomodo huc intraſtis non habentes*
107 *veſtem nuptialem.* * Quam multiplicem quidem honores, & officia gerentibus decretam, ex antiquis temporum obſeruationibus facilè eruere eſt; & nouiſſimè in hoc Regno ſpectatur, dum Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Comitis Oliuaris Proregis vigilantiſſimi emiſſa ordinatione in alma Neapolis Vrbe dumtaxat exiſtentes Magiſtratus omnes fere togata veſte decorari præcepit, atque ita iam non ſine eorum Maieſtate, incedere,
108 frequentareque, ex ea bene cogniti tribunalia viſuntur, * cum antea Doctores vniuerſi eadem promiſcue alia pragmatica ſanctione vterentur, quæ ſub titulo de Doctorum habitu, plurimis in eos effuſis encomijs, lectitatur: vnde ad rem decurrendo expectare dedignari non debent, vt vigili Principum inquiſitione ad eos, eaſue vocētur, ſicut Aaron, vt in cap.in ſcripturis 8.quæſt.1. & in cap.qualiter extra de electio. & dicitur per Bellameram in
109 cap.tranſitus 79. diſt. * quod vlterius adeo obtinere exaudiendum eſt, vt propterea nec licitè eos, eaſue peti poſſe enūciatū ſit;
110 * vnde illud fluere intelligis, fugientibus, & non ſe vltro ingerentibus honores concedendos venire, vt in allegato cap.in ſcripturis clariſſimè ſignificatur. Min. Quos nam iſtos fugientes eſſe intelligemus? Imb. Qui probi ſunt, ac plurimis meritorum teſtimonijs iuuari animaduertuntur, ſecundum ea, quæ latiſſime eius rei occaſione externis ſermonibus concluſimus; quippe, cum pro vero illud cognitum ſit; Honores non alios, quam eiuſmodi generis homines agnoſcere oportere; quod & ſi lucidiſſimum ſit, ex eo tamen quammaxime tibi liquere poſſe reor, quod
111 fertur; * Honoris videlicet templum ea lege antiquitus erectum extitiſſe, vt non niſi per virtutis ædem ingredi illud quiſquam poſſet, quod non aliud præſefert, quam quod laboribus honores cedere inſinuet. l.1. C. de excuſat. artificum; & ſumma quidem
112 cum ratione, * cum ita ad Virtutem Honor ſe habeat, ſicut vmbra ad corpus; Quæ omnia, & ſi ab eorum petitione habiles, atq; idoneos retrahere valeant, adhuc potiſſima alia, ne illud admit-
113 tant, ingerere attenduntur, eaq; eſſe perſpecta ſunt, * & primo, ne petitione vulgata ambitionis notam aſciſcant; quam nedum eorum exiſtimationem inficere, ſed propemodum corrumpere, ac denigrare omnia, probatum eſt, in cap.multi 40.diſt.in cap.ſi-
114 cut 1.quæſt.6. & in cap.ſunt autem 8.quæſt.1. * Idq; ſane in magno, ac conſultiſſimo illo Scipione peractum obuiam facit, dum
de eo

Digitized by Google

de eo ſcriptum legimus; ex ipſa conſulatus petitione nunquam illum eandem Reipublicæ adminiſtrationem iniuiſſe; ac proinde ne tam probata ora ſileant; vnde ſubditorum, ac Regnorum ſimul certa ſalus exoritur; quoque proprijs commodis, ac ſanè laudabiliter Principes ſatagant; non petentibus adminiſtrationes decernere debent; ac quò laudabilius agant, illos perquirere, exhortationibus allicere, rogareq; inſuper; ac vbi ſubire negent, cogere; vt illas ſubeant l.fin. C. de crimine ſacrileg. l.1. §. proinde ff. de varijs, & extraordina. cognitio. dicto cap. in ſcripturis, & facit textus in l. ſi ad magiſtratum C. de decurio.

115 lib. 10. * & in ſumma curabunt ipſi nō perſonas Magiſtratu cohoneſtare; aut aliquorum paupertates extinguere; ſed potius adminiſtrationem ipſam optimorum aſſumptione pro viribus, proq; eorum dignitate ad ſummum vſque augere, & illuſtrare;

116 Illo certiorati * quod quanto honeſtiores, ſapientiores, ac probiores ipſi Magiſtratus eligent, tanto illuſtriores, & celſiores in populis, ab eis ſucceſſiuè repreſentati ſpectabuntur: Attamen quia hac noſtra tempeſtate; & multis retro temporibus, & plus, Honores, & dignitates ſapidiſſimis, ac Benemerētibus, iniuria quamuis, obuiam non faciunt; cum vix importunè petentibus, & ad illos, quos vincant, agentibus exhiberi, patereq; additus perſpiciantur, vnde optimorum virtutis talentum ipſis in petitione deſiſtentibus non offereretur expendere; atq; inde eorum merita ſordeſcentia fruſtrarentur, pallinodiam in hac ipſa recantare non erubeſcam, quod tunc me preſtitiſſe intelligam;

117 * vbi citra omnem maculam à benemeritis honores peti poſſe enixe probauero; quorum ſanè modicum numerum circūferri, credere ne diſpliceat; & primo audi quid non petentibus eueniat. Namq; vbi non aliter Principi eorum mentem inſinuant; ſeq; promoueri taciti expectant, ridiculi incedere offenduntur; ac digni quibus cum Horatiano illo ſermonum lib. 1. ſecunda item epiſtola occurratur. *Ruſticus expectat, dum deſluat amnis, at ille labitur, & labetur in omne, volubilis æuum.* Min. Hoc ſanè placet; at quibus iure id comprobabimus? Imb. Multis quidem, & primo hoc ipſum gloſa ſenſit in allegato cap. ſicut 1. quæſt. 6. in cap. miramur 61. diſtinctio. & in cap. nullus allegata cauſa q. 1. Ad idem accedat quod apud Tullium de ineundo conſulatu peroratum legi; ex libello illo de petitione conſulatus inſcri-

118 pto, quod, & apud veteres illos perequè ſeruabatur, * ex eo fortaſsè; quod ipſi ciues eſſent; oportuiſſeq; inter eos tunc æq

S hono-

honores diſtribui; ſecundum Philoſophum lib. politic. 2. cap. 1. quod hodie pro recto regnandi modo, nequaquam intermiſſum eſt; Non minus, præterea id ipſum viua voce prudentiſſimi Pontificis Gregorij xiij. probari poteſt; Nam vbi aduerſus Franciſcum annueſium genere Nauarrum, bone tunc indolis, & doctrina inſignis, ac honeſtiſſimis moribus illuſtratum, vt perlatum dignè mihi fuit, eccleſiaſticum beneficium ab eo expetentem inſtetiſſet, quod ea petentibus non darentur; frugi ab eo prolatæ replicationi annuit; dum dixit; *Beatiſſime pater, non vtiq; petiiſſem; ſi ea non petentibus cederent.* Cui optime illud euangeli-
119 cum concinit, *pulſate, & aperietur vobis.* At quid plura? * non incõuenit ad illos mortales inſurgere, vel ex ipſa naturali inclinatione, cum moueantur; atq; inſtigẽtur; vt Diuus Thomas docuit lib. politic. 3. lectio. 8. cap. 40. vnde eſt, quod honor ciuilis ferè vitæ finis exiſtimatur; vt per Philoſophum ethico. lib. 1. c. 5. vt meritò eodem ibidem Philoſopho teſte, tam à benemeritis, quam ab ignauis, & penitus negligendis requirantur. Min. At nunc ego miror Imbriane, cur ſit; quod cum ante habitas adminiſtrationes dignè tractaueris, iam per annos plures, ab earum
120 functione, & petitione deſtiteris. Imb. Nunquam ſane Mirandæ Comitis Proregis defuit liberalitas; Namq; primo valde iuuenem Monopolitanę Ciuitati, me iuri dicundo præfecit, ac deinde Turſij, exinde vero in ordinandorum liſtam referri mandauit; ac relatum iterũ reſpondit; vbi vero illius ſummonitionem attendebam; Inopinatus Nicolai parentis obitus fere toti huic Ciuitati luctuoſus, vt benè ſcis, ſuperuenit, familiam grandem humeris reliquit; vt ſat mihi putauerim conſulturum, vbi publicis his poſtpoſitis functionibus familiares res in compendium comportarem; non tamen vnquam officiorum è memoria ratio excidit; vnde nunc compoſitis iam rebus cepta ſeruitia pro poſſe repetam, ſi mei, de quo non vtique diffido, Principis liberalitas atq; conſilium meminiſſe voluerit. Min. Verum cum ad id peculiare ſatis deuenerimus; illud adaperias queſo; quid eſt Imbriane; quod cum in patria, pro tui dignitate morari valeas, peregrinationem iſtam appetas? animo cũ reuoluam periculoſiſſimam cedere ſæpiſſimè, ac pernitioſam, præſertim ob duplicem illum populum; quem magiſtratus omnes ſuſtinere oportet; Nam, & ſi pro benignè acceptis multi bene eos intueãtur; Bona præcentur; atque procurent interdum; ex parte tamen altera; qui pro iuſtitia paſſi ſunt; ac pœnarum mala guſtauerint, non poſſunt; niſi

niſi imprecationibus eiſdem obuiam ire, vexationibus, ac quibus, poſſunt, iniquitatibus eorundem famam, & vitam perdere, vt bene vetus indicat experientia; poſtpoſitis immenſiſſimis curis, quas in Regimine, dum ſunt, amplius perferre illos neceſſe eſt; de quibus tu quidem Imbriane plura in externis colloquijs diſſeruiſti. Imb. Quæ iam ſanè cõſultiſſimè enũtiaſti nequaquam Minutule tanti duco, vt me ab antiquata iam expoſita animi de-
121 ſtinatione auocent, * faciliſſimè quippe omnibus accidit, incognitis artium laboribus, grauiſſimi quamuis illi ſint, perſeuerare; aſſuefactio etenim facit, vt non ita perſentiantur ab ijs, qui opere exercentur; queamadmodum ab abſtinentibus ex eis co-
122 gitantur; ſed in hoc, & illud aliud non ignoras * ab initio, vbi ſtudia applicare electionis iuditium patuit, quod ad redenda iura; quamuis indignè, perductus extiti, vt merito illa prima, veluti referata qualitate, vix fieri poſſit, quin ad præfatum honorabiliſſimum dicendi iuris exercitium animi non feratur ſententia, iuxta horatianum illud. *Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem, teſta diu.* Quod, & optimè Fabius lib. 1. inſtitutio: oratoria: cap. 1. exprexit; dum inquit. *Et natura tenaciſſimi ſumus eorum; quæ rudibus annis percipimus, vt ſapor, quo noua imbuas durat, nec lanarum colores; quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt*, & in ſumma dictum illud eſt; *quam quiſq;*
123 *nouerit artẽ in ea ſe exerceat,* * quod vero de duplici populo enuntiaſti extimeſcendum ab ijs non eſt, qui bona mentis erectione ſuffulti, omnem operam, atque induſtriam in muneris functione
124 impendendam exiſtimant, * namq; illis nõ ſecus, ac olim, quod Craſſo laudabiliter tributum extitit, perſolui laudabiliter æque perſpicitur; vt videlicet, eo modo adminiſtrantes non modo ab eis iuditio damnati, atq; multati nõ ſint odio habituri; ſed vlterius laudaturi, & benignè laturi ſe ipſos incuſantes potius, qui deliquerint; quam eos, qui in delinquẽtes ipſos iure animaduerterint; idq; ex eo facile præſtare poſſe videtur; quemadmodum,
125 & præſtant, * quod ab eis non iniuria, non corrupto, prauoque animo; atque iuditio infami correptos ſe ſe atq; punitos intelligunt; cuius rei cogitatio miſerrimis, quamuis effectis non mediocre ſolet afferre ſolatium. Min. Datur ne vltra aliud? Imb. Illud reliquum, vt receptui canamus. Min. Quem ergo in ſumma
126 bonum magiſtratum dijudicabimus? Imb. * Qualem ſe quis ſine vanitate, aut temeritate exiſtimare non poteſt; Cum quis? tantæ virtutis efferri poſſit; qui de hoc valeat gloriari? Nemo certè,

& præſertim, cum infallibili teſtimonio, à planta pedis, vſq; ad
verticem capitis non ſit in hominibus ſanitas, nec feratur quiſ-
quam, qui faciat bonũ, vſq; ad vnum; vbi etenim, vt aliqua pro-
127 ſequamur, illos deprehendere offertur; * qui communi populo-
rum vtilitati magiſtratus deſeruiant, communia pro ſuis, & ſua
pro cõmunibus habeant; quiq; velint, ſciantq; ſimul ciuitatum,
quibus præſunt, perſonam gerere, decuſq; officiorum ſuſtinere,
leges obſeruare, tueri iura, & exequi; atq; concreditam ſibi per
omnia populorum pacem conſeruare, vt dicitur in vulgato auth.
de mandat. Princip. in §. Deinde conueniens, ibi. *Deinde conue-
niẽs eſt, vt proſpicias; ne quam populares in ciuitatibus ſeditionem
inter ſe moueant, ſed vndiq; per ciuitates pax ex eo vrgeat. quia in
hac etiam parte æquitatem ſubditis noſtris conſerues. & neq; lucro,
neque alicuius affectionis cauſa in alterutram partem concedas.* ad
quod facit textus in cap. placuit 90 diſtinctio. vnde illud veriſſi-
mum eſt; quod quicunque Magiſtratum deſiderat; grauiſſimum
onus affectare intelligitur, arg. textus in cap. qui epiſcopatum
128 8. quæſt. 1. * in quo, ſi ad illud admiſſus legitimè ad extremum
vſq; certauerit, ſupra cuncta, quæ excogitari poſſunt, mundana
129 præmia, ò quam fæliciſſimam palmam obtinebit: * quamuis et-
enim iuſtitia Philoſopho donum alienum credita ſit 5. ethic. ni-
comach. cap. 1. cum ad eſſe eius virtutis ad alterum referatur;
ac alijs, & non ſibi, qui iuſtus eſt laborare deprehendatur, vt la-
tè explicatum legere eſt apud Diuum Thomam in ſecũda ſecun-
dæ quæſt. 58. art. 2. ei tamen illam exercenti ſatis mercedis, ab
honore, & gloria rependi, non eſt, qui ignoret, vel ex illo, quod
dicitur. *amicabilia ad alterutrum ex his eſſe, quæ ſunt amicabilia
ad ſe ipſum.* verum, vt ad hãc ipſam rem aliqua repetamus, quo-
ad illam feruentioribus curis iudicantium animos excitemus;
130 conſiderandum eſt; * haud fieri poſſe, quin optimis, ſiqui ſunt,
magiſtratus tum inferioribus hiſce, cum ſuperioribus lationibus
varijs, ac maximis non honeſtentur præmijs, cũ honorato quo-
dam exilio damnati in locis ſibi aſſignatis, alienis negotijs addi-
cti, proſtratis familiaribus, nunquam ſine Principis licentia in
ſcriptis obtẽta receſſuri commorentur, nec in populis præterea
controuerſie, vel perplexitates emergant; quin eis anteſtando,
plurimos non ſit neceſſe animi, corporiſq; labores perferre, con-
tumelioſis ſtomachari, agitari maledictis, ac cæteris peſſimis
131 malè affici, vt merito illud adnotatum circũferatur, * eos con-
cionatoribus præferri, vt optime in Nuptiarũ ſylua enarratum
habes.

habes. Min. Cur hoc ipſum? cum, & congregare homines ad iu-
ſtitiam, illamq; in eorum pectoribus, ſummo cum ſtudio, ſæ-
piſſimeq; effuſis ad hoc ſudoribus, ac etiam ſanguine, inſculpe-
re ipſi paſſim deprehendantur. Imb. Iſtud quidem nō immerito;
longe etenim iuditium prædicatione excellentius exiſtimatum
conſequèris, ſi mecum rationem repetas. Min. Summè expeto.
Imb. Illa ſanè prompta eſt; cum iuditium Dei ſit Deuteron. c. 1.
dum ibi dicitur. *Quod iuſtū eſt iudicate,* & poſtea ſubijcitur. *quo-
niam Dei eſt iuditium.* ad quod ex Paralipomenon cap. 14. acce-
dat, dum ibi dicitur. *videte quid faciatis; non enim hominum exer-
cetis iuditium, ſed Dei, & quodcunq; iudicaueritis in vos redunda-
bit.* prædicatio vero Apoſtolorum, iuxta illud eis præceptum
euangelicum; *Ite, & prædicate euangelium vniuerſæ creaturæ.*
Eoſdem vitam contemplatiuam alijs habentibus præferri Ho-
ſtienſis probauit in ſuæ ſummæ proemio, allegauitq; textum in
132 cap. ſit Rector circa medium 43. diſtinctio * quippe cum fru-
gifera magis actiua Reipublicę vita perſpecta ſit, quā quæ alio-
rum Religioſorum vita eſt contemplatiua; Nam boni iudices
Reipublicę vacare excolende intelliguntur; Alij vero contem-
plantes ſibi potius ſpectantur intēſiuè proſpicere, de quo habes,
& plenè per ſtiaticum in praxi iudiciali cap. vlt. nu. 26. Sed ad
quid plura? hoc ipſum Dei vaticinator Rex correptus Dauid e-
133 lucidauit, * dum iuſtos hos iudicantes à Domino diligi magis
enunciauit in Pſalmo 86. dum dixit. *Diligit dominus portas Sion
ſuper omnia tabernacula Iacob.* in eis etenim populum iuſto iudi-
tio iudicantes reſidere mandauit omnipotens; iuxta noſtrę tra-
ctationis Typum. *Iudices conſtitues in omnibus portis tuis, vt iu-
dicent populum iuſto iuditio.* & ſic continens pro cōtento vſurpa-
tum legis, vnde pariter iudices omnes Dei miniſtros eſſe intel-
134 ligis, vt latius ſupra commonuimus, * & in ſumma, adeo hi ho-
noribus, & prærogatiuis multiplicibus fulgent, vt merito Gal-
lorum. *Druides* Hebræorum *Senedrim Phariſaos,* vel *Cabaliſtas;*
Indorum *Gimnoſophiſtas,* Ægyptiorum *Sacerdotes,* Græcorum
Philoſophos, Perſarū *Magos,* aut alterius cuiuſuis nationis quo-
cunq; alio nomine condecoratos ſapientes longe excedere hoc
modo affirmari queat, cumq; de eis præterea illud Dei voce enū-
tiatum ſit; *Beati, qui iuditium faciunt, & iuſtitiam omni tempore;*
135 * quod ipſum certū vere prędeſtinationis ſignum cognitū eſt, pro-
ut ex decimo ſexto prouerbio. cap. argumentum habes. dum ibi
dicitur. *Initium viæ bonæ facere iuſtitiam, accepta eſt autem apud*
Deum

Digitized by Google

136 *Deum magis, quam immolare hoſtias.* * imo aliud, quod non ſine
iam expoſita famæ, nominiſq; celebritate, nedum in terris, ſed
etiam in cælis ipſis dominari intelliguntur, iuxta illud ſapien-
tiæ cap. 3. *Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto di-
ſcurrent, iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.* Idq; non
immerito eis accidere exaudiendum eſt; Namque, vt primo po-
137 litico. Philoſophus cenſuit, omnes, * qui ratione, & intellectu
emicant, naturaliter Domini ſunt; atque aliorum Doctores, vn-
138 de illud, *ſapiẽs dominabitur aſtris;* * ac nedum Domini ipſi fiunt,
ſed, & Deorum noĩe eos illuſtrari probatũ eſt ex Exodi c. 22. ibi
*Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit, quod
non extenderit manum in rem proximi ſui,* & magis infra. *ad Deos
vtriuſq; cauſa perueniet*, & ſic iudices, & ibidem *Dijs non detra-
hes, & Principi populi tui non maledices*, & clariſſime in Pſal. 81.
dicitur. *Deus ſtetit in Sinagoga Deorũ, in medio autem Deos diju-
139 dicat*, & ſic iudices. * Audi præterea, quæ in eos decantantur in
diuinis eloquijs præmia, quæ nedum ipſis patere perſpiciuntur,
qui rectè egerint, ſed, & eorum poſteris, iuxta illud. *non vidi iu-
ſtum derelictum; nec ſemen eius quęrẽs panem*, accedat in eos in-
ſuper eccleſiaſtici illud cap. 15. dum dicitur. *qui continens eſt iu-
ſtitiæ apprehendet illam, & obuiabit illi, quaſi mater honorificata,
& quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illum, cibabit illum pane vitæ,
& intellectus, & aqua ſapientiæ, ſalutaris potabit illum, & firma-
bitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & non confun-
detur*, accedat ſubinde, quod rurſus eccleſiaſtici dicitur cap. 27.
*Si ſequaris iuſtitiam, apprehendes illam, & indues quaſi poderem
honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in ſempiternum, & in
die agnitionis inuenies firmamentum;* ac deniq; ſuſcribatur, quod
ibidem cap. 4. ſcriptum eſt. *iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in
refrigerio erit, & ſi pro iuſtitia moritur, certus eſt de præmio talis
140 mortis.* * Namq; quicunq; eiuſmodi ſunt, vti ſelectiſſimi ſacerdo-
tes in hoc mundano iuſtitię templo verſati aſsiduè in eo infe-
rioris fælicitatis fundamenta ad diuinam indeficientem illam
protendentes, demum in exitu carnis coram ſe ipſis, & opera, &
iudicata omnia retinentes eorum, vt qui ſe ipſos nouerint, quo
ſibi, ac alijs luceant, ſplendenti corona inſigniti ad ſupernas au-
ras, ad beatiſſimas illas ſedes, ad vniuerſorum parentis beatifi-
cam fruitionem, Angelis comitantibus perducentur, atq; in iti-
nere in plures choros diſtincti decantabũt alij. *quia dilexiſtis iu-
ſtitiam, & odiſtis iniquitatem, propterea inunget vos Deus oleo læ-
titiæ.*

Digitized by Google

titiæ. Alij. *iuſtus vt palma florebit in cōſpectu Domini Dei noſtri* Alij ex ſap.3. cap.10. *iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei.* atq; iterum alij. *qui ſeruat ficum, comedet fructus eius; & qui cuſtos eſt Domini ſui, Glorificabitur.* qui ipſa iuſtitia dicitur in Prouerbio.cap.28. atq; iterum Alij. *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia,* quibus omnibus in cæleſti patria aſtantes cæteri, ac veluti iunctis agminibus vniuerſus Sanctorum chorus reſpondebunt. *Ecce nunc iuſti exultabunt in gloria, & lætabuntur in cubilibus ſuis in viſione æterna,* quam nobis cunctoq; populo Chriſtiano ſui miſericordia concedat omnipotens, atque hæc ipſa ſunt, quātum ad cæleſtem patriam, quæ Minutule auêti tibi valuerim commemorare piacula; quibus cuiuſcunq; Magiſtratus animus, veluti luto ſus, aſsiduè liniendus, & obruendus eſſet, ex illis frugiferam in immenſum animo pinguedinem reportaturus, quam mundanis cunctis præferendam eſſe apud vnumquemq; teſtatum eſt l. ſancimus C. de ſacro ſanctis Eccleſijs. Min. At nunc ſi placet, vlterius mundana percur-
141 ras. Imb. Quantum ad mundanas conditiones fœliciſſima optimorum Magiſtratuum ſors eſſe deprehenditur; Namq; primo, vt dictum eſt, ex eorum munerum laborioſis, quamuis, functionibus maximū adipiſcuntur honorem, laudem, & inde gloriam, quod perbelle Diuus Thomas in ſecūda ſecundæ quæſt. 102. art. 2. in corpore comprobat, dum inquit, quod ad eos; qui ſunt in dignitate conſtituti, pertinet gubernare ſubditos; gubernare vero eſt aliquos ad debitum finem mouere; ſicuti Nauta gubernare dicitur nauim eam ad portum perducendo; omne autē mouens habet excellentiam quandam ſupra id, quod mouetur, vn-
142 de oportet, * quod in eo qui eſt in Dignitate conſtitutus, primo conſideretur excellentia cum quadam in ſubditos poteſtate; Secundo vero ipſum gubernationis officium; ratione quidem excellentię debitus honor exhibendus eſt; officij vero intuitu, cultus quidam; qui in obſequio quodam verſari intelligetur, vt ibi per eum, & facit textus in l. fin. C. de decurio. non minus tamen quæ dicta ſunt, ex honoris, Dignitatiſue deſcriptionibus ſuadē-
143 tur * dum primo apud Speuſippū de definitionibus Platonis, honor ſic deſcriptus legitur, vt ſit bonorum largitio propter virtutis officium, extimatio, ac Dignitas virtute acquiſita, figura venerationis, & conſeruatio dignitatis, vel ſecundum Lucam in l. 1. C. de vetera: nu.6. lib.12. eſt Reipublicæ adminiſtratio cum Dignitatis gradu, vtcunq; tamen illum deſcribas, ſemper in eo admi-

admiſtam, interclusamque Dignitatem aſſequeris; quæ ſimiliter honor dicitur alicui ob merita Principis, vel legis beneficio ſpecialiter impenſus ſecundum Bart. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. ex
144 quibus nūc omnibus iunctis * iudicare honorem, & dignitatem eſſe manifeſtum eſt cap. vt debitus de appellatio. l. omnem honorem C. quando prouoca. non eſt neceſſe; habetur per Rotam in deciſ. 442. incip. fuit dubitatum in nouis; & per Archidiaco. in cap. 1. de conſuetud. in 6. Intelligendo tamen, vbi ex Principis collatione adminiſtratio præfata decernitur; iuxta allegata per Conradum in ſuo templo iudicantium lib. 1. cap. 1 §. item primo
145 quæſt. 2. num. 11. * ommitto, quod nobilitatem, qui præfatum munus proſequuntur, ſibi indubitate quærunt, quam in Doctoribus ex hac ipſa re latius fulgere dicendum eſt, illa in ipſis ex ipſo Doctoratu prius introducta, iuxta latius externa die commonita, & habes per Bart. in l. iudices C. de dignit. præterea, & alia his plura eos commoda ſequuntur, expreſſa Principum ad hoc
146 omiſſa proteſtatione * dum quotidiè in eorum, qui ſubleuantur, commiſſionibus, in præmium optimi habēdi Regiminis, eis apud Principum perſonas, commēdabilibus effectis maiorum officiorum offertur adminiſtratio, quod ipſum Iuſtinianus Princeps in dicta auth. conſtitutio: vt præſides in §. qua propter in fine clariſſimè in hæc verba edixit. *Magiſtratus videlicet, in hoc tantum ſtudia ſua conferat; vt Deo ſit, & Nobis commendatum reddat, bonumque, & memorabile nomen conſequatur, ac futuræ à nobis amplæ remunerationis ſpem ſibi comparet.* item in dicta auth. conſtitutio: de mandatis Princip. in allegato §. vlt. dum ibi dicitur. *Hæc ſi obſerues, efficient, vt hic apud te magiſtratus in longiora tempora, & maiore cum laude reſideat*; quippe cum iuxta prouerbio: illud,
147 * *acceptus ſit Regi miniſter intelligens*, ex quo illi reuerenter obedire didicit, ac ſibi commiſſas cauſas fideliter, prudenterq; tra-
148 ctare, & exequi nouit * ad quod ipſum vlterius, quod dictum eſt, exoluendum, ordinatus ad officia capeſcenda progreſſus aduertitur conſtitutus: vt videlicet à minoribus ad maiora perueniatur, vt in l. honor §. gerendorum ff. de muneri: & honori: dum ibi dictum eſt. *Gerendorum autem honorum non promiſcuà facultas eſt; ſed ordo certus huic rei adhibitus eſt; nā neq; prius maiorem Magiſtratum quiſquam, niſi minorē ſuſceperit, gerere poteſt*, idem in l. vt gradatim eodē titulo, & in l. 2. C. quemadmo: ciuilia mu-
149 nera lib. 10. & facit textus in cap. ſicut 48. diſtinctio: * vnde ſtudeant Principes Nouitios Magiſtratus patuis ab initio admi-
niſtra-
Digitized by Google

niſtrationibus intricare, ad hoc, vt ſi aliqua eis non patefacta imbecillitate deficiãt, minus grauis in vniuerſo eorum Regimine iactura contingat, ſi vero dignè pertractent, ad altiora promotionis, in aliorum exemplum, præmium illis offerre queant; alias ipſimet poſtpoſitis gradibus per obrupta eis aſcenſum exhibētes, infortunatos caſus in adminiſtrationibus quotidie appetere intelligerentur; vt plenè proſequitur Lucas de penna in l. præclaram nu. 20. C. de primicerio lib. 12. ſed quorſum de his nunc plura? cum pro coronide loco ſe offerat ſanctam Illuſtriſſimi,& Excellētiſs.Comitis Mirandę Proregis in hac alma Ciui-
150 tate Capuæ officialium ordinationem commemorare; * Namq; biennio ferè præterito pro eius Gubernatore *Ioannem Vaſques de Acugnia* ſtrenuum militem, atq; in hoc Regno æneorum tormentorũ Capitaneum generalem dictæ Ciuitati conceſſit, quod pro dono ſibi Campana Ciuitas, eiuſq, numeroſus ordo, exacto Carregnio, à dicto Excellentiſs. Domino accepit, atq; pro omnium voto huiuſmodi, ex ſua habita adminiſtratione illi ceſſit, vt non niſi perpetuo honorandus, ac publicis muneribus honeſtatus, retro actis præcalendatis tēporibus dimiſſus fuerit; Nec
151 non in iudices primo * *Don Ferdinandum della Quadra* trãſmiſit, iuuenem Hiſpanum genere perfectiſſimi Magiſtratus argumentum geſtantem, inſpectis, quas profitetur, prudentiæ rationibus, ſuæ nimium probate conſcientiæ ſtatu, & quaſi in eum à ſuis maioribus in dicto officio rerum gerendarum transfuſo experimento; vt merito nũc in Hidruntina Prouincia Regius exiſtēs Auditor, ſuis in dies exreſcētibus meritis, dubio procul ad maiora expectetur officia; quem deinde eiuſdem præuia indul-
152 gētia * *Don Petrus Paſquier Nauarrus*, Illuſtri genere ortus inſequutus eſt, ita bonis, ac probatis moribus illuſtratus, & honeſtatus, vt prouectorum officialium, quorum in numero 15. circumfertur, ſignifer ipſe præcedat, quem etiam in præſenti Ciuitas pręfata ſuo per iuſtitiæ actus immiſtum corpori fulgere perſentit, ex quo, & ipſa eius geſtis, plenam iuſtitiam redolentibus, iamdiu eſt, quod exultat, ac floret, vt merito iure non ſit, niſi apud Deum Optimum Maximum præcibus aſſiduis commendãdus præfatus Excellentiſſimus Mirandæ Comes; qui tam optimis captis conſilijs tales nobis Magiſtratus ſucceſſiue, veluti cælitus dimittit; ſed, & de his pariter hactenus, cum aliud non vltra offeratur, quod cõmemorare ſugerat animus. Min. Si totam diem in tantorum virorum perorandis laudibus conſum-

T pſiſſes

Digitized by Google

pſiſſes, non vtiq; obſtetiſſem, quinpotius aures præbuiſſem attentius, adeo tuis candidiſſimis, & veriſſimis ſimul encomijs mulgeri animum ſentiebam, ſed quid modo vlterius tibi putas attingendum? Imb. Non aliud, niſi, vt iure, atque ex corde in malos, improboſq; Magiſtratus excandeſcam. Min. antequam eorum miſeriſsimam conditionem proſequaris, illud ne, im-
153 briane, aperire prætermittas, * quid ſit; quod cum à Domino prodeant regnantium, ac ius dicentium poteſtates, tam peſsimè, & nefariè adminiſtrationis Magiſtratus deprehendantur, & non ſine ingenti cunctorum admiratione, & ego quidem multos in hac Alma Ciuitate Ruinoſos, ſi liceret, poſſem commemorare; at ſat, illis ſit, quod in eos Dei iuditium proſequeris. Imb. Cunctorum admirabilium ſcrutator Salomon in ſuo eccleſiaſtico idipſum optimè proſequutus eſt; dum inquit. *Si videris calũnias egenorum*, ideſt, quas à Diuitibus ſuſtinent, atque potentibus. Dioniſio Interprete; ſequitur, *& violenta iuditia*, ideſt cenſuras, pænas, ſimileſq; effectus, quos impij iudices, ac potentes iubent per violentiam infirmioribus, inferioribuſque inferri, ac deinde, *& ſubuerti iuſtitiam in prouincia;* ita quod Innocentes opprimantur, & iuſti perſequutionibus infeſtentur, *non mireris ſuper hoc negotio,* tum quia, vt ſequitur; *excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij*. Cum vt adimpleatur, quod dicitur. *multa tribulationes iuſtorum;* ac aliud. *Beati, qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam,* cumq; etiam iniuſti, & Deo deficientes populi ſint, ac hoc ab eo, ob eorum demerita, permittatur, iuxta illud Oſeæ cap. 13. *Dabo vobis Regem in furore meo*, ac aliud Regum 8. *Ob duram ceruicem populi mei datur Rex, qui affligat populum pro peccatis eorum,* & illud, quod vulgo fertur. *Talibus populis, tales paſtores*, l. quoniam C. de hęreticis, accedat, & illud, Iob. cap. 34. *Qui regnare facit hominẽ hippocritam propter peccata populi,* & illud tandem, *vindicabo me de inimicis meis cum inimicis meis;* & latius proſequitur textus in cap. audacter 8. quæſt. 1. quod ipſum optimè in cãtu 17. in principio Lodouicus Arioſtus explicuit, dum inquit.

Il giuſto Dio quando i peccati noſtri
Han di rimiſſion paſſato il ſegno,
Acciochè la giuſtitia ſua dimoſtri
Equale à la pietà ſpeſſo da Regno,
A Tiranni atrociſſimi, & à moſtri,
E' da lor forza, e di mal fare ingegno,

Per

Per queſto Mario e Sylla poſe al mondo
I duo Neroni, e Caio furibondo.

154 * Sic & Attilam Hunnorum Regem ſententioſè nimis, ratione
præfata populis illis datum Fulgoſius memorat lib. Rerum ad-
mirab. 8. c. 14. Min. Quæ tandem aduerſus eos flagitia obtine-
bunt? Imb. Quanto flagitio ipſi irretiti ſint, quantiſue circũuol-
155 uantur pænis, ex eo primum tibi ſuadeas, * quod cum Iudæ pec-
cato participare intelliguntur; ac cum Giezi lepra, vt in auth.
iuſiurandum, quod præſtatur ab his in fine; quo nil maius, & iu-
re quidem, vel ex Herodoti ſentẽtia lib. 2. vbi habet; Nefariam,
& impuram hominum vitam grauibus ſemper Dei pænis vindi-
cari; & in ſumma improbi, infauſtiq; Magiſtratus, vti odij, & di-
156 ſcordiæ ſeminatores, offenſionis lapides, ac ſcandalorũ * præ-
ter quod infamiæ grauiſſima affecti nota apud conſtituentes ſu-
pra allegatis legibus omnium rationem reddere cogũtur, ac in-
de debitum ſupplitium pati, & in ſpetie, mortem; iuxta illud ſa-
pientiæ cap. 1. *Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis, iniuſti-
tia autem mortis eſt acquiſitio;* Deinde carceres, exilia, cæteraſq;
humanitus cõtingentes calamitates; quas latè proſequitur Fol-
lerius in ſuis fragmentis de laudibus, & fructibus officiorum.
Præterea, quod maximum eſt, ex hoc Deo inimicis, miſeris, &
infælicibus effectis, iuſto demum, & inuiolabili eius iuditio, tan-
quam in via iniquitatis, & perditionis laſſatis, præ alijs inſatia-
bile Inferni os patefactum eſt, in eo, præ alijs cruciandis, ad
quod primo accedat; quod dicitur eccleſiaſtici cap. 22. *Qui ſe-
minat iniquitatem, metet mala;* ideſt pro mercede damnationem,
& tormẽta recipiet, & pulchre magis reſpondet, quod Plato pro-
bauit in Gorgia, dum inquit *Iuſti poſt mortem in Beatorum inſu-*
157 *lam abeunt, iniuſti in ſupplicij carcerem; quem tartarum vocant;*
& hæc quidem ſumma cum ratione eos conuenit ſubire, cum à
158 Domino maiora conſequuti deprehendantur, * ſecundum quod
Nobiles, quam ignobiles, magis peccare intelligũtur, vt in cap.
præcipue verſ. Deterius 11. quæſt. 7. dum dicitur. *Deterius quip-
pe in populis Prælati delinquunt, ac per hoc ipſi crudelius, quam
cæteri puniuntur.* quibus ſuſcribãtur verba ſapientiæ cap. 6. ibi.
*Horrendè, & cito apparebit vobis, quoniam iuditium duriſſimum
in his, qui præſunt, fiet, exiguo enim conceditur miſericordia, po-
tentes autem potenter tormenta patientur.* Prout etiam refertur
in cap. illud 8. quæſt. 1. allegata in fine, & in cap. quia §. presbi-
159 teri 5. quæſt. 6. & dum dictum eſt. *Cito apparebit vobis.* * intelli-

gi poteſt,eos improuiſe morti ſubiacere, ad quod facit illud Iob
cap.21. *Ducunt impij in bonis dies ſuos, & in punto ad inferna*
deſcendunt; quod etiam ex eo contingere poteſt, quod pro eo-
rũ deſiderio ſemper vitam differant, ac diu ſe viuere exiſtiment,
vnde in prouerbijs Seneca. *Omnes vitam differentes incerta mors*
preuenit; Sed quid plura? pro Coronide illud animo voluas.
160 eos ſic agentes perperam Chriſtianis illum declinãdum locum
Beſtiarum more ſubire, vt in Cronicis Diui Franciſci traditum
eſt; vbi cum maximè porcorum cuſtos ſero adueniente conten-
diſſet, vt ipſi ſtabulum ſubirent, tandem omnia quodam iudice
in feneſtra aſſidenti attendente, ſuperuenit homo, qui ſignifica-
uit ei, quod non aliter illi introituri forent, niſi hæc verba pro-
ferret. *Introite porci, ſicut iudices infernum adeunt*; quæ cum re-
citaſſet, veluti moto turbine, porci ad ſtabulum petẽdum mutuo
161 præ celeritate ſe impedire ſpectati extiterunt. * quod ipſum,
cum iudex ille bene obſeruaſſet, ac miraculosè moſtratum in-
tueretur; officium reliquit, & Diui Franciſci Religionem pro-
feſſus fuit, vt euidentiſſimum vitaret tartareæ gehennæ pericu-
162 lum, atque intollerabilia perferenda tormenta * quæq; meren-
bus, æuropei vbi ſunt, Æacus; ſi Aſiatici Radamantus, Minoſq;
cæteris in dubio pluries decreto decernent, tanquã infernalium
vniuerſorum poteſtatem exercẽtes, atq; hæc de ordinandorum
Magiſtratuum, & ordinantium conditionibus dicta ſufficiant; ſi
vero in eis omnibus, aut eorũ parte delicatas tuas aures offendi
Minutule dilectiſſime, mihi queſo ignoſcas; Nam ex his animi
mei erga te affectum facilè aſſequi poteris, quem tibi pluribus
ab hinc retro temporibus, plene deuoui. Min. Adeo his animum
Imbriane laceſſiſti; vt omnem gratiarum actionem intermitten-
dam putem, atq; adeo ex eiſdem vox faucibus hæſit, vt plauſum,
ex voto acclamare nequiuerit, vale proinde, explicataq; omnia
in centonem deducta, pro maiori captu tranſmittes. Imb. Fa-
ciam libenter, ac æquè interim te valere præcabor.

Laus Deo, eiuſq; vnigenito, ac Virgini Deiparæ.

DE

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE.

PARS POSTERIOR.

RERVM SVMMAE.

1 DISPOSITIO textus noſtri ampliatur, vt procedat in omnibus alijs, qui modo quouis ſyndicatus rationem deludere poſſent.
2 Officia Regnicolis conferenda ſunt.
3 Regnicolæ in officiorum adminiſtratione exteris cunctis præferendi ſunt, & cur.
4 Pontifex ex gremio illius Eccleſiæ, in qua exigitur eligendus eſt.
5 Idem in Abbate concluditur. cum ampliatione.
6 Extranei quo caſu ad adminiſtrationes admittendi.
7 Hiſpani optimè huius Regni ſenſum callere intelliguntur, & cur.
8 Hiſpani qua proportione ad officia admittendi.
9 An originarij in officiorum adminiſtratione præferendi ſint, remiſſiuè.
10 Caroli V. Principis de officiorum partitione memoratur ſanctio.
11 Rex Catholicus cuncta officia Regnicolis obeunda conceſſit.
12 Ex Caroli V. conſtitutione, officia Regnicolis, & oriundis demandata ſunt.
13 Hiſpalenſi lege officia Hiſpaniarum naturalibus demandanda.
14 Naturales ad dictæ Conſtitutionis intellectum, qui exaudiendi.
15 Vox naturalis Analoga eſt.
16 Analogia quid importet, deducitur, & quis naturalis per prius dicatur.
17 Naturalis per poſterius quis intelligatur.
18 Quoad dictam ordinationem qui naturales ueniant, enodatur.
19 Nedum Regni Naturales in officiales ordinandi, ſed, & eorom fideiuſſores.
20 Eccleſiaſticæ perſonæ quo caſu non teneantur in parentes pietatis officia exercere.
21 Eccleſiaſticæ perſonæ ex tollerantia poſſunt officia ſecularia exercere.
22 Clericus quo caſu Tabellionatus officium valeat exercere.
23 Cur æquites aliorum ordinum in textu memorati nō ſint, ratio veriſſima

riſſima exponitur.

24 *Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ ſummus Magiſter quis ſit, refertur.*

25 *Aequites Diui Lazari, & Stephani in Regno non habent Regium exequatur.*

26 *Magnus Diui Lazari Magiſtratus diu in Perilluſtri familia de Azzia Capuæ excultus fuit.*

27 *Siluij de Azzia viri Perilluſtris laus expoſita.*

28 *Magnus Diui Lazari Magiſtratus hodie apud Sabaudiæ Ducem excolitur.*

29 *Clerici de cauſis delegatis bene cognoſcere poſſunt, dupliciter.*

30 *Perſonæ Eccleſiaſticæ de Principis concilio eſſe non prohibentur.*

31 *Franciſci de Ribera Regij à latere Conſiliarij commendatio.*

32 *Epiſcopi de Principis conſilio non incurrunt irregularitatem, ſi ex legibus, in quibus interuenerunt, aliquorum mors ſequatur.*

33 *Eccleſiaſticis perſonis, etiam principaliter ſeculares cauſas delegari poſſe, concluditur.*

34 *Eccleſiaſticæ perſonæ aliquid facere probibite appellatione, non venit in collegio aliquo exiſtens.*

35 *Quemadmodum intelligatur textus in cap. Te quidem 11. quæſt. 3. deducitur.*

36 *Clerici an, & quando Procuratores, & Aduocati eſſe valeant, latè deducitur.*

37 *Epiſcopos Aduocatos eſſe non poſſe concluditur.*

38 *Sacerdotes an, & quando Aduocati eſſe poſſint, examinatur.*

39 *Sacerdotes in quibus cauſis valeant interuenire, concluditur.*

40 *Quod ipſum plurium iurium inductione moſtratur.*

41 *Aduocati, & Procuratores in multis Pragmaticarum vigore puniendi veniant, & in quibus.*

42 *In ſacris ordinibus conſtituti num Procuratores, & Aduocati eſſe valeant.*

43 *Vbi nihil ex Eccleſia conſequuntur, patrocinari poterunt.*

44 *Vnicuiq; licitum eſt ſuis laboribus victũ, & veſtitum ſibi querere.*

45 *Quod in præmiſſo caſu patrocinari valeant, vti intelligendum ſit.*

46 *In minoribus ordinibus cõſtituti beneficiati vti patrocinari valeãt.*

47 *Clerici probibiti patrocinari, non intelliguntur probibiti quoad vnum negotium tantum.*

48 *Mercator quis ex vnica negotiatione non dicitur.*

49 *Monachi, & Religioſi alij de ſuperioris licentia in cauſis monaſterij Procuratores eſſe poetrunt.*

50 Mo-

50 *Monachi nunquid arbitratores eſſe valeant, latè conſideratur.*
51 *Abbatem in cauſa monaſterij arbitratorem eſſe poſſe non dubitatur.*
52 *Monachi rurſus arbitratores eſſe non prohibentur, & quomodo.*
53 *Omnes, qui arbitri eſſe prohibentur, arbitratores eſſe poſſunt.*
54 *Fratres Minores Diui Franciſci arbitratores eſſe prohibentur, & cur.*
55 *Fratres ijdem exequutores eſſe ſimiliter nequeunt.*
56 *Vltimarum voluntatum exequutiones fauorabiles.*
57 *Laici num in clericorum cauſis delegati eſſe poſſint, examinatur.*
58 *A ſummo Pontifice, & ciuiles, & ſpirituales cauſæ in laicum demandari poſſunt.*
59 *An Epiſcopus laico delegare cauſas valeat, diſtinguitur.*
60 *Vbi abeſt perſona eccleſiaſtica, Epiſcopus cum cauſæ cognitione poteſt laico cauſam non ſpiritualem delegare.*
61 *Epiſcopus ſpiritualem cauſam laico delegare nullo modo poteſt.*
62 *Laicus an poſſit ad eccleſiaſticarum cauſarum vniuerſitatem ordinari remiſſiuè.*
63 *Perſonæ eccleſiaſticæ ad ſeculares adminiſtrationes accedentes quodammodo ab eccleſiaſtica iuriſdictione ſe alienant.*
64 *Si quis tēpore in cedulationis clericus, abſtractionis vero laicus ſit, num iure officium valeat exercere?*
65 *Præfatæ quæſtioni ſub diſtinctione reſpondetur.*
66 *Habilitas ad adminiſtrationem, quo tempore exigatur.*
67 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*
68 *Altera in eiſdem terminis ſubijcitur quæſtio.*
69 *Ad eam ſubijcitur reſolutio.*
70 *Tertia, & poſtrema ſubnectitur dubitatio.*
71 *Ad motam dubitationem ſubijcitur reſponſio.*
72 *Eccleſiaſticæ perſonæ quoad armorum vſum ſecularis iuriſdictionis obnoxiæ intelliguntur.*
73 *Ad Pragmatice v. de clericis, & diaco. ſiluati: intellectum plura.*
74 *Prohibitio armorum publicam reſpicit vtilitatem, ac clericos etiam ligat.*
75 *Seculares Magiſtratus an clericos arma portantes punire valeant deducitur.*
76 *Eccleſiaſticus nō cogitur punire clericos pœna à ſeculari conſtituta.*
77 *Secularis ad cauſarum eccleſiaſticarum vniuerſitatem vocatus, quibus legibus iudicabit.*
78 *Apud Gallos ex priuilegio, clerici arma portantes pœna pecuniaria à ſecularibus iudicibus multantur.*

79 In

Digitized by Google

79 *In hoc Regno Clerici arma portantes, eis ſpoliari poſſunt.*
80 *In Clericos arma portantes generalis trina monitio ſufficit.*
81 *Quoad fori prærogatiuam ammittendã ſufficit trina generalis monitio, quod in habitu, & tonſura incedatur.*
82 *Officiales à Baronibus conſtituti eiſdem tenentur legibus, quibus, & Regij.*
83 *Plus iuris Regij officiales obtinent, quam Baronales, & in quo.*
84 *Beneplacitum in Regiorum cõmiſſionibus inſertum quid importet.*
85 *Annus Baronalium olim à calendis Ianuarij. Hodie à calendis Septembris incipit.*
86 *Redemptores Ciuitatum, vt Baronales annales ſunt.*
87 *Regij, & Baronales officiales in quibus conueniant, remiſſiuè.*
88 *Iuriſdictio Baronibus vti conceſſa fuerit, memoratur.*
89 *Barones vaſſallos male tractantes à Principe puniri poſſunt.*
90 *Quod idem in Dominis, quoad ſeruos obtinere ſubijcitur.*
91 *Baro ſuo ſubdito iura non conſeruans Domini nomen nõ meretur.*
92 *Baronum quod proprium in vaſſallos officium ſit, refertur.*
93 *Baro omnes vaſſallos grauans iuriſdictione, media interdictione, ſpoliari poteſt.*
94 *Ex officio etiam aduerſus Barones multipliciter vaſſallos grauantes inquiri poteſt.*
95 *Barones vaſſallos per eos grauatos retardantes, ne ſibi illata grauamina Principi inſinuent, qua pœna teneantur.*

DE

Digitized by Google

DE IVDICE REGNI, ET EIVS ORDINATIONE.

PARS POSTERIOR.

IAM triplici ſermone illuſtrato; ac abſoluto pleniſſimè ſecundo, Noſtri cõtextus notabili; Tertium agredior in ordine; ad cuius dilucidationem quãtum creditur pertinere, Tu Regnicola intelligas, * vt ne dum procedat eorum reſpectu, qui ſecularem noſtram iuriſdictionem declinare poſſunt; vt ſunt, de quibus in cõtextu, eccleſiaſticæ perſonæ; ſed etiam Aliorum omnium, qui modo quouis ſanctiones de redẽdis rationibus, parendoq; ſyndicatui deludere poſſent, vtputa quia hi exteri eſſent, qui fuga quandoq; abrepta facilè ſyndicatus prædicti rationem valerẽt ſubterfugere, * vnde illud ſequitur neceſſario; officia pręfata Regnicolis eſſe conferenda; quod ſi eiuſdem concluſionis rationem proſequi licet, ad Regni rationem idipſum pertinere exauditum eſt apud philoſophum politico. lib. 2. cap. 1. dum iuſtum eſſe ſenſit, vt omnes ciues gerendi Magiſtratus participes fiant, * ac propterea exteris cunctis preferendi occurrunt, ex quo rectius adminiſtrare intelliguntur; cum melius prouinciæ ſenſum, quo vnaquæque abundat; percipiant ad quod facit illud Tullij 2. de oratore ad conſilium de re publica dãdum, caput eſſe, noſſe rem publicam, & platonis aliud in alcibiade; conſilium eius eſt, qui rei cuiuſq; peritus, & in phedro, in omni re conſulendi principium, noſſe id, de quo cõſilium inſtitutum, aut tota via aberrare neceſſum eſt, & ſic mores, conſuetudineſq; in ea exiſtentes teneant; qua ratione id cenſuiſſe Panormitanus aduertitur in cap. Abbate de verbo. ſignificat. & faciunt iura in cap. quoſdam, & cap. quanto de preſumptio. & in l. 2. C. de officio prætoris; dum ibi dicitur, potius in prætores eligendos eſſe in vrbe larem habentes; quam in prouintijs * quod & de Põtifice; quod videlicet, ex eius Eccleſiæ gremio; in qua is exigitur, ordinandus, ac ſumendus ſit, habes in textu in cap. in nomine in verſic. eligatur autem 23. diſtinctio. & in cap. nullus, & cap. obitum 61. & diſtinct. 63. cap. Metropolitano, * idem de Abbate diſpoſitum legis in cap. quam ſit 18. quæſt. 2. quæ concluſio ampliatur; vt procedat etiã

Margin numbers (beside the lines where the asterisks fall): 1 (…intelligas, *), 2 (…ſubterfugere, *), 3 (…participes fiant, *), 4 (…in prouintijs *), 5 (…Metropolitano, *)

ſi exteri concurrētes doctrina, & moribus celſiores eſſent, nam ſufficere creditum eſt; ſi ciues, vel prouintiales non mali, ſed boni ſint, pro qua re videas gloſam in dicto cap. in nomine in verbo gremio circa medium, ſolent enim externa cōſilia infauſta eſſe; vnde Alexander male audire cæpit, cum perſas audijt, Romani labi, cum græcos, & exteros, & facit quod dicitur, in quam domum veſpillones veniunt, ſignum eſt futuri funeris, & ſic Reipublicæ labentis, & ſi namq; periti illi ſint, non tamen in eis probatur affectus, aut fides; cum ſemper in aliena re publica illud cogitent; mihi iſthic, nec ſeritur, nec metitur; tū etiam quia nec à ciuibus fertur ſine liuore, cōqueſtu, & animorum auer
6 ſione * limitatur tamē, vt non procedat, vbi aliquo ſuperioritatis iure externi nominis gentes euocarentur; Nam tunc quammaximè cōuenit eos in parte ad regimen euocari; tum, vt gaudeant, cumq;, vt conſeruare parta perdiſcant, per cunctas Regni partes diſcurrentes, ſe ſeque de omnibus informantes, quo iure Hiſpani milites, legum licentiati, ac Doctores plurimi in hoc Regno, tum gubernia, tum Aſſeſſoratus, alioſq; in vrbe, & extra eam, Magiſtratus protenduut, & ſi vlterius cōſideres, nec quæ ſupra dicta ſunt aduerſus eos militare vidētur; Namq; primo prætenſam redendorum rationum deluſionem purgare attenduntur; dum de parendo ſyndicatui fideiuſſorem præſtant.
7 ac præterea non ne huius Regni ſenſum ipſi callēt? cum omnes ferè huius Regni ſanctiones ab Hiſpanicis partitis, recupilationibus, alijſq; Tori legibus huc perducte aduertantur? quod ego
8 ſanè multis poſſem demonſtrare, ſi res pateretur * quare omni iure Hiſpani ad huius Regni officia tractāda aſſumi debent, non ita tamen, vt onera perferentes Regnicole, poſtponendi ſint,
9 * at de præmiſſa controuerſia, an ſcilicet, originarij preferendi ſint, ſi plura ſcrutari peroptas, Luc. de penna addito in l. quiſq; C. de omni agro deſerto lib. 11. Caſſaneum in Catalogo Glorię mundi parte 2. conſiderat. 22. atq; alios allegatos per Minſinge-
10 rium in obſeruatio. camera. 30. centuria 4. * Hincque eſt, quod Conſultiſſimus Carolus V. Ne Regnicolas deluderet ex natura in ſuos propenſiore affectu, Pragmatica ſanctione, ad Regni ſupplicationem, officia ipſe, omnia Regni partitus fuit, vt in partem vnam indiſtinctè Regnicole euocarentur, in alteram vero, qui ſuæ Catholicę Maieſtati aliunde aptiores viderentur, prout in Pragmatica vnica de officiorum prouiſione facienda
11 Regnicolis, & exteris, pleniſſimè definitum videre eſt, * quamuis

uis ante per Catholicum Regem Regnicolis tantummodo officia omnia fuerint demandata, vt in dicta Pragmatica in prin-
12 cipio legitur; illud tamen ommittēdum non eſt; quod quæ Regnicolis officia præſcripta ſunt; non ſimpliciter in Regno natis competunt, cum Regnicolis, & oriundis decreta legan ur; qui ſane oriundi variè enūtiati in dicta Pragmatica ſunt, & primo, quod eorum appellatione intelligantur venire nati extra Regnum, qui iuxta priuilegium fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis ciues Neapolitani effecti ſunt, vel ſucceſſiue per alias Regni Demaniales Ciuitates, quæ ex eis indultis Regijs priuilegijs ſibi creandorum Ciuium facultatem protendunt, dum tamen, ſi in eiſdem ciuitatibus proprias domos habeant, duxerintq; vxores Regnicolas, & in eodem Regno, ſaltim per quinquennium habitauerint; Item quod appellatione eadem comprehendantur omnes, qui in Regno prædicto Baronias tenentes, vel alia feuda, & omnes, qui in Regno bona ſtabilia poſſidentes, per annos decem habitauerint, & quidem merita ratione, cum ex his omnibus maximam dicantur habere voluntatem inRegno permanendi, & conſequenter non vitandi habendæ, vel habitę adminiſtrationis iuditium; In Regnis vero Hiſpaniarũ, quod alias per Regem Catholicum hic ordinatum extitit, quam maximè
13 obtinet, * quippe cum apud eos illũd prouiſum cuſtodiatur; vt vt nequaquã in exteros officia, adminiſtrationeſq; conferri valeant; Sed in ipſos Regnorum Naturales, quod ratione primo enarrata conſtitutũ credo; ne quis iniuria eis ſuccenſeat, quod Italis ipſi, aut alijs parere dedignentur. verũ redeundo ad Rem,
14 in terminis dictæ eorum ordinationis, * qui nam Naturales, ad effectum prædictum intelligendi ſint, ſi exquiras; breuibus re-
15 ſpōderi poteſt, * quod hæc vox naturalis analoga eſt, & ſic per
16 prius ſignificat vnum, per poſterius vero aliud * per prius quidem eum ſignificat; qui in aliquo loco natus eſt, illiuſmet loci reſpectu; vnde loci illius naturalis dicitur; vt per Imolam in l. huiuſmodi §. legatum ff. de legatis primo; Grammati. in voto 10. nu. 14. & ſequenti; eundem in ſuo conſil. 5. in ciuilibus nu. 3. gloſam in l. aſſumptio ff. ad municipales, & in l. ciues C. de incolis lib. 10. Bart. in l. 3. §. hæc verba ff. de negotijs geſtis, &
17 aliqua per Afflict. in deciſ. 384. * per poſterius vero dupliciter, & ſic vel effectiuè, vel ſimilitudinariè; effectiuè quidē ſignificat illum; qui natus quidem extra Regnũ ipſe eſt; ex patre tamen, qui in Regno natus ſit, ſimilitudinariè verò natum extra Re-

Digitized by Google

gnum enunciat, ſed qui ex priuilegio, vt ſupra in Regno ciuis
18 effectus ſit; vnde ſi queras vlterius in qua ſignificatione * quantum ad præſentem ordinationẽ Naturales exaudiendi ſint, breuiter concludas; quod cum capitulum præfatum fauorabile ſit, vt ab optimis videlicet, habilibuſue quibuſuis iuſtitia ipſa adminiſtretur, etiam per poſterius naturales dicta ordinatione includi ſentiendum eſt; quod de Naturali ſimilitudinariè ſatis creditur expeditum ratione obtenti priuilegij; Nec ſimiliter de effectiuè naturali dubitandum putatur, quamuis in hoc Regis Beneplacitum ſuperinduci debere quidam exiſtimarint; Tu ad hoc vide notata per Raudenſem in tractatu de Analogis in ſua Appendice prima parte ſub nu. 7. illud deniq; ad huiuſmodi no-
19 tabile, pro Coronide aduertendo,* quod nedum Regni naturales in Regni officiales ordinari debent; ſed, & eorundem quoque de parendo ſyndicatui recipiendi fideiuſſores, vigore Regiæ Pragmaticæ, de qua infra de officio iudicum, & alior. offic. Pragmatica 5. §. item, vt officiales habeant; quod alias Hiſpaniarum Regia lege prouiſum legitur, vt patet in conſtitutione 3. inter ordinationes de los adelantamiẽtos di Caſtilla, y Leon, & hoc ſub ratione eadem, vt 53. facilius à damnum paſſis, vbi caſus occurrerint, valeant ipſi conueniri, ac expeditum magis aduerſus eos iuditium prodeat, ad quod faciunt, quæ dicuntur, & notantur in Ritu Curiæ 160. in verbo curiales, & in Pragmatica 18. §. 1. infra de offic. Mag. Cur. Vic. Circa quartum Notabile, dum eccleſiaſticis perſonis officia ſecularium adminiſtrationum decerni prohibetur, illud ſignificatur, quod perantea illa, ſpretis, & Canonum diſpoſitionibus, atque alijs legitimis ſanctionibus, eis commiſſa fuerint; vt patet in cap. Te quidem 11. quæſt. 1. dum ibi expreſsè dicitur; *Neque enim iudicem, aut cognitorem ſecularium negotiorum te hodie ordinare vult Chriſtus.* & in cap. non liceat 86. diſtinctio. & in cap. peruenit, cap. credo, & cap. placuit, cum cæteris ſequentibus 21. quæſt. 3. ad quod ipſum præterea comprobandum validiſſimè facit Theolo-
20 gorum illa traditio, qua adnotatum eſt, * eccleſiaſticas perſonas non teneri ad exercenda, in parentes pietatis officia; quibus multum deberi cõſtat l. veluti ff. de iuſtitia, & iure, vbi eorum occaſione à Dei cultura ipſi auocarentur, vt plenè habes per Diuum Thomam in ſecunda ſecundæ quæſt. 101. art. 4. in corpore. verum quod eiuſmodi perſonæ ad prædicta fuerint ad-
21 miſſe, mirandum quidẽ non eſt, * cum ex tollerantia illa exercere,

Digitized by Google

cere, legitimè valuerint, vt habes apud Innocentium, & Ioannem Andream in cap. 1. de obliga. ad ratiocin. nõ ordinandis, quos referr, & ſequitur Raudenſis in tractatu de Analogis cap. 39. num. 150. ad quod illud non extra rem, accedat, quod licet
22 adnotatum ſit, * non poſſe clericum Tabellionatus officium exercere, tamen, ſi ad eiuſmodi officium fuerit ordinatus, ac de facto inſtrumenta aliqua rogauerit; valere illa Panormitanus cenſuit in cap. ſicut extra ne clerici, vel monachi col. 4. & habes per Venuſinum Marantam in conſil. 3. nu. 9. conſil. 18. nu. 5. & conſil. 30. in verſic. non obſtat.

Quæ ſanè concluſio ampliatur, vt nedum procedat in eccleſiaſticis perſonis, ſed etiam in vaſſallis ipſius eccleſiæ, quorum in numero ſunt Iudæi, de quibus plenè in Dialogo primo in fine habes pertractatum.

Secundo, & poſtremo, vt etiam in æquitibus Hieroſolymitanis locum habeat, vt in noſtro contextu ſatis explicatè deductum eſt, de quibus dic, vt in quinto natabili latius expoſitum habes; il-
23 lud tamen hic non putatur intermittendum, * cur ſcilicet ſit; quod in huiuſmodi Pragmatica ſanctione aliorum ordinũ çquitibus prætermiſſis, vtputa Sancti Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, necnon Diui Lazari, Steſani, & cæterorum; Hieroſolimitani tantum commemorati ſint; cum conſtet, etiam aliorum ordinum æquites in hoc Regno eſſe frequentes. Curioſo huic queſito breuiter, ac pro veritate occurrere poteris, in eis omnibus ceſſare proculdubio noſtri contextus rationem; cum ipſi nullo modo, vbi adminiſtrationibus inuoluti fuerunt, ac inuoluerentur, rationum redditionem effugere perſpecti ſint, ac per-
24 ſpici poſſent, * ex quo quantum ad Hiſpalẽſes ordines pertinet, & ſic Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ eorũ *ſummus Magiſter Catholica, atq; Potentiſſima noſtri Philippi Regis Maieſtas* eſſe dignoſcitur; quam illis omnibus, ac nobis, cunctoq; populo Chriſtiano in annos innumeros concedat *Omnipotens*; fæliciter conſeruet, & ſic præfatæ Maieſtatis iuriſdictionis nõ ſunt
25 expertes; * Quantum vero ad Æquites diuorum Stephani, & Lazari, ipſi in ſibi indultis priuilegijs nullum obtemptum Regium exequatur, ſeu beneplacitum habere cogniti ſunt, & conſequenter fori Declinatoriam vtiliter non opponunt; dum quotidie apud regios iudices, alioſue competentes, tum ciuilibus, cum crimiualibus controuerſijs prouocantur; ſuper quo tota huius noſtræ ſanctionis vis protenditur, vt propterea aliud vltra,

Digitized by Google

tra non offeratur exquirere. Illud tamen hic tacitus non prætaribo; quod inter cætera ornaméta;quibus neſcio quo factum ſit; vt hæc noſtra Alma Ciuitas fuerit deſtituta, D. Lazari Ma-
26 gnus Magiſtratus abſceſſit,* quem notiſſimũ eſt hic Capuæ Digniſſimè in perilluſtri familia de Azzia à Tribus ſtrenuiſſimis
27 viris adminiſtratum extitiſſe,* quæ familia lõgo antea æuo nobiliſſima,adhuc bellicis conſilijs,ac animi non degeneris robore toties in *Philippi Regis* ſeruitium explorato in Syluio de Azzia prefatorum Digniſſimorum Procerum Meritiſſimo Nepote fulget; in poſterum nunquam, vt ſperatur, defectura. Sed de
28 tanta Dignitate hactenus, cum alpes tetigerit, ac penes Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem nõ ſine grandi maieſtate excolatur.
29 Præfata tamen concluſio ſic ampliata limitanda eſt, vt non procedat in cauſis Delegatis; Nam de eis clerici, ac cæteræ eccleſiaſticæ perſonæ bene cognoſcere poterunt, dummodo Alicui Collegio ille aſcriptæ, ſeu incorporatæ ſint, & hoc tunc ex eo; quia perſona ipſa eccleſiaſtica principaliter,& de per ſe nõ conſideratur, ſed ſecundario, collegio ipſo vniuerſo, cui cauſæ delegatæ ſunt, principaliter, attento, & ſic eo caſu cum eccleſiaſtica perſona nequaquam negotium pertractari intelligitur, ex quo cum alijs ad illius cognitionẽ dicitur interuenire, ac proinde benè facit vulgata illa iuris diſpoſitio, qua dicitur, multa cum vniuerſitate venire, quæ alias non cederent,de qua in cap. ex literis de iure patronatus, cum ſimilibus, pro eius tamen limitationis maiori dilucidatione proſequere notata per Raudẽſem in citato cap. 39. à nu. 15. per plures ſequentes, & in ſpetie videndus eſt textus in l. placet C. de epiſcopis, & clericis, ex cuius contextus verbis ſatis prædicta limitatio ſuadetur, dum ibi dicitur. *Placet noſtræ clementiæ, vt nihil commune clerici cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus, cuius corpori nõ ſunt annexi; habeant*, & ſic ſecus eſſe intelligis, vbi corpori alicui annexi deprehenduntur; vt in noſtra limitatione.
30 Secundo limitatur non obtinere in illis perſonis eccleſiaſticis, quæ in Principis concilium, pro earum conſiliorum pondere ſublimantur, vt per Panormita. in cap. ſed nec, circa finem extra ne clerici, vel monachi, cap. cum parati de appellatio. auth. ſi quis litigantium in fine C. de epiſcopali audientia,& cap. non
31 eſt voti dicendus de voto * quod patet in hoc Regno in Admodum Illuſtri Domino Franciſco de Ribera Integriſſimo *Catholicæ Maieſtatis* à latere Conſiliario, ac Regiam Cancellariam Regenti,

Regēti, & ſucceſsiuè in alijs multis in Ciuitate Mediolani exiſtentibus relatis per Raudenſem loco proximè citato num. 17. quæ Abbatis cōcluſio per eundem ibidem communiter recepta enuntiatur, non tam Principis ipſius reſpectu, illam obtinere exaudiēdo, vt qui eos ab huiuſmodi prohibitione eximere valeat, quā iam dicta ratione, quod videlicet, ea, quæ in concilio multorum decernuntur, non principaliter ab eccleſiaſticis perſonis tractari dicantur, ſed ſecundario, totum enim negotium perſonæ intellectuali dicitur incumbere, quæ ipſummet collegium, ſeu concilium ſugeritur eſſe, vel Senatus, aut alio quouis nomine corpus aliud repreſentatum, vel Principi ipſi in eo cō-
32 cilio aſſidenti, vnde & illud adnotatum habes * quod quamuis epiſcopi de principis concilio in legum rogationibus interuenerint, ex quibus aliquorum poſtea fuerit mors inſequuta, non tamen ipſi aliquam irregularitatis notam creduntur inuadere, vt per Baldum in auth. habita C. ne filius pro patre, tum quod hoc non egerunt, cumq; principi omnia tribuantur.

33 Tertio, & poſtremo limitatur nō habere locum in cauſis etiam vni delegatis, cū conſtet eius generis cauſas eccleſiaſticis perſonis etiam principaliter poſſe demandari, ea ratione, quia extraordinariç cauſç perſpectç ſunt, quas in generali aliqua emanata prohibitione conſtat non includi l. ſeuis §. medio ff. de annuis legatis, l. qui ſaltum ff. de legatis 3. & in l. ſempronio. ff. de vſufructu legato, cum ſimilibus per Raudenſem citatis loco allegato nu. 19.

Neque vero omnibus his prçfatæ canonum diſpoſitiones aduerſan-
34 tur; nam quantum ad perſonam in collegio aliquo exiſtentem, ea non includitur ſub generalibus verbis aliquid per eccleſiaſticas perſonas fieri prohibentibus; cum ea, vt dictum eſt, nō conſideretur, ſed collegium ipſum, quod non includi indubitatum legitur apud Baldum in Rubrica C. ad Trebelleanum.

35 Nec pariter obſtare deprehenditur textus in allegato cap. Te quidem 11. quæſt. 1. Namq; illius diſpoſitio tunc attendenda exiſtimatur, vbi ſacerdotes, aut cæteri ob hoc à diuinis pertractādis retraherentur, quod bellè ſuadetur in cap. 1. de celebratione miſſarum, & ſic in ſumma temporalium rerū adminiſtrationem non inhibet, ſed ne adeo in his ſe occupent, vt perplexi, & ſuffocati ſecularibus curis diuinorum obliuiſcantur, ac penitus quæ ſpiritualia ſunt, negligant, vt in dicto textu innuunt illa verba. *Occupatione perplexus, ſeu ſuffocatus*, cætera proſequere,

Digitized by Google

quere, vt per Bolognettum in Rub. de officio eius nu. 25. Monteroſcenſem nu. 13. Plautium, & cæteros. At rurſus ad præfati Notabilis dilucidationem conſiderandum eſt, quod eccleſiaſticæ perſonæ, ne dum ab adminiſtratione iuſtitiæ, & alijs ſecularibus negotijs propulſantur, vt ſupra; ſed nec etiam in iuditijs,
36 vti procuratores, & Aduocati interuenire poſſunt * pro cuius rei explicatione ita breuiter in vtriuſq; officio diſtinguere poteris, quod aut loquimur de clericis, aut de monachis, in clericis quidem plures concluſiones expendendæ ſunt, prima ſit epiſcoporum, ac aliorum ſuperiorum, Secunda ſacerdotum; Tertia clericorum in ſacris exiſtentium; Quarta verò, & poſtrema in minoribus inſtitutorum, ſed beneficiatorum.

37 Quantum ad primam; in epiſcopis, & alijs ſuperioribus indiſtinctè firmanda eſt concluſio patrocinia eos in cauſis ſubire non poſſe; ſiue in ciuili, ſiue eccleſiaſtico foro agitentur, vt in cap. quia epiſcopus 5. quæſt. 3. cap. perlatum 88. diſtinctione & dicto cap. Te quidem, ea ratione expoſita, quod eiuſmodi ofcium viles illos reddat, & ſacerdotalem reuerentiam annihilet, vt in d. cap. perlatum, & in auth. de ſanctiſſimis epiſcopis in §. Deo amabiles, & ſequēti, & in l. repetita C. de epiſcopis, & cler.

38 Quoad ſecundam idem in ſacerdotibus obtinere per gloſam reſponſum eſt in l. filiusfamilias §. veterani ff. de procurato. habetur in l. militem C. eodem, & in dicto auth. de ſanctiſſimi. epiſcopis in §. aliud, & in cap. primo extra nec clerici, vel monachi.

39 Tu vero in eis diſtinguere hoc modo poteris, quod aut loquimur in cauſis ſpiritualibus eccleſiarum, vel coniunctorum, vel miſerabilium perſonarum, aut vero in alijs aliorum generum cæteris; primo caſu eiuſmodi officium eos exercere poſſe, cap. primo, & vltimo de poſtulando; habetur plenè per Andream in Regni conſtitutione incip. Aduocatorum, quod, & Hyſpaniarum legibus ſatis cautum legere eſt, vt patet in titulo 16. de los Aduocados libro Recupilationis 2. parte 2. & parte eadem lib.
40 primo l. 10. tit. 3. * in quibus in ſpetie obtinet, vt perſonæ eccleſiaſticæ valeant patrocinari in cauſis proprijs, vel propriarum eccleſiarum, vel parētum, vel eorum, quibus pro certo ſucceſſuri ſunt, vel deniq; in cauſis miſerabilium perſonarū, quod idem clariſſimè diſpoſitum habes in Pragmatica 21. §. quod ſacramētum, circa medium infra de officio ſacri Regij concilij & ſunt canones in §. viduis, & caP. defenſionis, cum mille ſimilibus 87. diſtinct. & in cap. cum olim de iuditijs, & in clementina penultima

vltima de procurato. & quoad ius commune attinet, habes in dicta l. placet, & in l. omnes C. de epiſcopis, & clericis. Secundo vero caſu, & ſic in cæteris aliorum ſuam præſentiam accommodare vetiti intelligendi ſunt, ex prædictis, quod ipſum tanto
41 magis concludendum offertur; * quod cum pluribus ſanctionibus, procuratores, & Aduocati, vbi calumnioſe quid agere, petere, aut conſulere, non ex ſpeciali mandato aduertuntur, veniant puniẽdi, vtputa in nominationibus, allegatis conuentionibus, Beneficiorum reſtitutionibus, & huiuſmodi cæteris, quæ quandoq; ad iuditiorum protelationem peti deprehenduntur; de quibus multa in titulo de officio ſacri Regij concilij, & in titulo de procurato. conuenit, imo noſtri contextus ratione admiſſa, vt qui ad eiuſmodi officiorum exercitia decurrendum putant, ſeculari iuriſdictioni ſubiecti noſcantur, ne alias tante in calumnioſos prolatæ ſanctiſſime ſanctiones deludantur, ac ridicule iaceant, quibus ſuſcribantur notata per Archidiaconum
42 in cap. peruenit 86. diſtinct.* Quoad tertiã conſequenter, idem, vt ſupra concludere poteris, intelligendo tamen, vbi beneficia aliqua habeant, puta ſimplicia, vel Diaconales, aut Subdiaco-
43 nales cononicatus, & prebendas; quod ſi eis deſtituti eſſerantur, ac aliunde non habeant, quibus vitam ſuſtentare valeant;
44 quia tunc ſuccedit illud, * quod vnicuique licitum eſt ſuis proprijs laboribus, & induſtrijs victum, & veſtitum ſibi querere, vt 91. diſtinct. per totam, poterunt hoc caſu pro alijs procuratio-
45 nis officium exercere, aut patrocinari, * dummodo coram eccleſiaſtico iudice hæc ipſa proſequantur, etiam quod laicorum negotia pertractent, vt in l. mutus §. 1. ff. de procurato. verum tamen illud eſt, quod hoc caſu prælati eis licentia expetenda eſt, ac obtinenda, nam alias multari ab eo poſſent, vt voluerunt Hoſtienſis, & Innocentius in cap. 1. de iuramento calumniæ, &
46 habes per Archidiaconũ loco citato. * Quantum vero ad quartam, poterũt ipſi coram eccleſiaſtico patrocinari, ſi modo præ-
47 lati licentiam protendant, alias non, vulgatis ſupra iuribus,* limitabis tamen omnia, vt non intelligantur prohibiti quoad vnum negotium tantum, vt habes apud Innocentium in cap. I. & A. de re iudicata, & Panormit. in cap. ex parte col. vltima de poſtulando, ex quo, ex vno illo negotio nõ intelliguntur pro-
48 curatores, & Aduocati, * quemadmodum ex vnico actu negotiationis quis non dicitur Mercator, vt notatur per Doctores in l. 1. C. de edendo.

49 Sed quid in Monachis, ac Religioſis alijs obtineat intermittendum non eſt, cum, & ipſi cuiuſcunque generis ſint, clericorum appellatione veniant, & in eis ea recepta cõcluſio eſt, vt in cauſis propriorum monaſteriorum valeant quidem patrocinando interuenire, cum licentia tamen Guardiani, Prioris, Abbatis, ſeu Præpoſiti, aut alterius cuiuſuis ſuperioris quocunque alio nomine nuncupati, vt in dicto cap. cum olim, & dicta clement. penult. de procurato.

50 Sed & his illud quoq; loco ſubnecti poteſt, nunquid videlicet, Monachi arbitratores eſſe valeant, pro cuius quæſiti diſſolutione decurrẽdum eſt ad ea, quæ Detius cumulauit in ſuo conſilio 499. incip. in cauſa quæ Parpiani col. 1. & in ſumma concluſiuè loquendo tres concluſiones proſequemur; prima ſit; vt de Abbate, ſeu alio quouis nomine præpoſito queramus; Secũda quid in Monachis, ac Religioſis cæteris mendicantibus; Tertia, &

51 poſtrema, quid in fratribus Diui Franciſci obtinea.; * Quãtum ad primam indubitata concluſio pro Abbate legitur, vt in cauſa ſui Monaſterij, ſeu eccleſiæ eſſe valeat arbitrator, vt legis apud ſpeculato. in titulo Arbitris §. 1. verſic. Sed nunquid Abbas; Ioannem Andream in cap. inſuper de teſtibus, Felinum in cap. cum olim de præſcript. Ant. Butr. in cap. cum inter de re iudicata, Alex. in in conſ. 80. nu. 1. & 2. vol. 4. & in ſumma cõmunis omnium concluſio intelligitur, cum re vera prohibitum non reperiatur; quare nequaquam ſibi, vt talis eſſe poſſit, im-

52 pediri poteſt l. prætor ff. de iuditijs. * quoad ſecundam de Monachis, ſimiliter eos Arbitratores, & amicabiles compoſitores eſſe, non prohiberi intelligendum eſt, vbi tamen de Monaſterij intereſſe efferatur agi, atq; Abbas hoc eis demãdet, vt per ſpeculato. in §. vlt. in verſic. quid de ſimplici monaco in allegato

53 titulo de arbitris, * vbi, & illud pariter de facto ſe practicari vidiſſe atteſtatur, quod omnes, qui Arbitri eſſe prohibentur, Arbitratores eſſe valeãt, de quo vlterius habes apud Bald. in l. podius §. in ſeruum ff. allegato titulo, & alios per Detium in dicto conſilio comportatos.

54 Circa tertium vero de Minoribus Diui Franciſci fratribus contraria concluſio probanda eſt, & ſic quod nullatenus ipſi Arbitratores eſſe poſſint, cum in eis ſtrictior interpretatio facienda occurrat, vt per gloſam in clementina 1. in verbo ſuſcipere de

55 teſtamentis, * vbi habet, quod textus ille, qui Religioſis permittit de ſui ſuperioris licẽtia exequutoris officium ſuſcipere,

in

Digitized by Google

in hiſce fratribus minoribus ſibi locum nequaquam vendicat; quam gloſam ibidem in 5. oppoſitione Cardinalis ſequitur, habetur per Baldum in auth. ingreſſi C. de ſacroſanctis eccleſijs, & tandem, alijs omiſſis, communis creditur ſcribẽtium ſententia, vt loco allegato Detius commonet, quod ſi hoc verum eſt, prout veriſſimum enuntiatur, ex iam dicta communi opinione,
56 ergo à fortiori poſita concluſio probanda eſt, * cum vltimarum volũtatum exequutiones fauorabiles plurimum eſſe dignoſcantur, ex eo, quod Reipublicæ credatur intereſſe, teſtantium voluntates debite exequutioni demandari l. vel negare ff. quemadmo. teſtam. aperiantur, & facit textus in l. fin. C. de poſthumis hæredi. inſtituen. & in cap. epiſcopus il ſecundo vbi gloſa 88. diſtinct. & concludendo nullam hi rerum temporalium participationem habere debent, etiam quod ille pietatis cauſam annexam protendant, cum è mundo exijſſe intelligantur, ac pro mortuis in eo reputentur, nec per hoc in communi aliquid valeant poſſidere, vt multo magis propterea arbitratores eſſe non poſſint, de qua re vide alia apud Rubricam de officio eius Repetentes, & in ſpetie Bolognettum nu. 27. & Bart. pleniſſime digerentem in ſuo tracta. Minoricarum. At poſtquam clericos, ac Religioſos cæteros à temporalium negotiorum cognitionibus expulimus, num pari iure laici ab eccleſiaſticis dirimendis repellendi ſint? qua in re, ne repetitionem agere deprehendar; Breuibus diſtinctionis fœdere ſic rem perſtringere po-
57 teris, quod dum queritur è contra an Laici in clericorum cauſis Delegati eſſe poſſint, querendum vlterius ſit, num à Sũmo Pontifice ea emanet delegatio, an vero ab Archiepiſcopo, vel Epi-
58 ſcopo, * primo caſu bene ea procedit, nedũ ſi ciuiles cauſæ ſint, ſed etiam, vbi mere ſpirituales eſſent, cum omnia poſſit, intelligendo vt per Lãfrancum in ſua Praxi in tit. de interloquuto-
59 rijs, & appellat. nu. 11. * ſin autem ab Epiſcopo prodeat, tunc diſtinguendum eſt, quod aut cauſa ciuilis eſt, aut ſpiritualis; primo caſu, aut perſona eccleſiaſtica adeſt, per quam talis cau-
60 ſa expediri poſſet, & tunc in laicum trãſferri nõ poſſet, * ſecundo vero caſu de deficientia eccleſiaſticæ perſonæ cauſæ cognitione præuia; illam bene delegare laico poterit, iuxta notata per Andream in cap. 2. de ſciſmate, & per Præpoſitum in cap. ex pœnitentibus col. 2. 50. diſt. hanc ipſam concluſionem vlterius intelligẽdo, vt per Mõteroſcenſem in dicta de officio eius rubri
61 ca nu. 19. * ſecũdo vero membro principali, & ſic de cauſa ſpi-

X 2 rituali,

rituali, certum eſt, per eum illam delegari non poſſe, quamuis laici iudices de multis ſpiritualibus cauſis iudicare, ac cognoſcere, acceſſoriè tamen, deprehendantur, ad quod ipſum comprobandum ex textu in cap. expoſita de arbitris argumentum habes, atq; ita diſtinguit Curtius in dicta Rubrica, quę ibidem refert, & ſequitur Bolognettus nu. mihi 26.

62 An vero conſequenter laicus quis ad vniuerſitatem eccleſiaſticarum cauſarũ Delegatus fieri ordinariue poſſit, vide quæ plene citato loco Monteroſcenſis proſequitur à nu. 20. vſq; ad 22. vbi optimè, ac diſtinctè loquitur, iuditio meo. Tandem optimè curabunt omnes, ſi quæ iuriſdictioni cui ſubiecti ſunt, conuenire
63 nouerint, vt ſeduli pertractent, * nã vbi eccleſiaſticę perſonæ ſecularis iuriſdictionis tractant exercitia, quædam alienationis ſpeties intercidere videtur, cum vel ſaltim diſceptatur, an ei obnoxij intelligantur, vt puniri tandem valeant, vbi in adminiſtrationibus defeciſſe deprehenſi fuerint, vt benè eo loci Mõteroſcenſis aduertit, & ſic è contra in laicis obtineret, vbi ad eccleſiaſticorum adminiſtrationem perducuntur, & ſic in vna, eademq; perſona pugnarent, ac quodammodo cõfunderentur penitus ſeparatæ iuriſdictiones, vt merito quoad minus fieri poteſt, alter ad alterius fines debeat perduci.

Vlterius tamen pro aliquo apparatu ad huiuſmodi noſtrum contextum, queri poteſt de pluribus, & primo quid iuris videlicet di-
64 cendum ſit, * ſi plures alicuius ordinis, vtputa Doctores ad aliquod adminiſtrationis iuſtitiæ officium vocẽtur, inter quos reperiatur Doctor in Minoribus ordinibus cõſtitutus habitu clericali incedens, & beneficiatus, num ſi tempore habende adminiſtrationis reperiatur laicus, ad illud exercendum in aliorum
65 præiuditium, admitti iure poterit? * & in hac quæſtione ſic rem poteris extricare, quod aut tempore incedulationis eo beneficiato exiſtẽte, intereſſe pretendentium proteſtatio fuit adhibita, & tunc ad eiuſmodi officium credo nullum ſibi ius fuiſſe queſitum, ex noſtro contextu, aut vero contradicẽte nemine, intelligendo tamen, ſi de ea re legitimè notitiam omnes habuerint, & tunc rectè poterit, tanquam huius noſtri contextus ratione ceſſante. ex quo ſeculari iuriſdictioni ſe effectualiter ſubiecit, & exercitij tempore laicus ſit. Illud tamen quoad hoc, verius probo, nullatenus hos tales ad officiũ præfatum nominari, ſeu incedulari debere, dum expreſsè idipſum in noſtro contextu
66 præcipitur, vnde intelligere eſt, * habilitatem tempore electionis

nis, vel incedulationis exigi, vel nominationis faciende,& hoc
67 ſecundũ vulgatam illam iuris diſpoſitionem,qua dicitur,*quod
qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus ver-
bi, de qua in l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxalibus cum
ſimilibus, & faciũt notata per Raudenſem in tract.de Analogis
cap.27. nu.102. pro cuius rei obſeruatione in contrafacientes
vniuerſitates, vel Barones, prodita eſt pœna, prout in textu.
68 Huic altera non diſſimilis queſtio ſubnecti poteſt, quid ſi ſtatu-
tum dictaret quod nullus poſſit eſſe de prioribus, ſeu electis,vel
Antianis ciuitatis,niſi eius bona ſummã faciãt ducatorum mil-
le, nunquid ſi quis incedulationis tempore habuerit quingen-
tos, tempore vero abſtractionis reperiatur mille ſtipatus iuxta
69 ſtatuti præſcriptum, num inquam talis eſſe poterit? * & cõclu-
dendum pro affirmatiua ſugeritur, quod ſic, nam ſtatutum præ-
fatum tempus exercitij reſpicere videtur, quo ſatis congruen-
ter, vel vna præſumptione, ad euitandas fraudulentas admini-
ſtrationes eiuſmodi ſumma in adminiſtrante exigitur, cum er-
go requiſita habilitas adeſſe perſpiciatur, nõ eſt, quod vlterius
exquirendum in re præſenti occurrat.
70 Similiter, & poſtremo ſi cantaret ſtatutum quod Rebelles non
poſſint eſſe, vt ſupra de electis ciuitatis, & quis incedulationis
tempore fuiſſet Rebellis, tempore vero abſtractionis reconci-
liatus, reſtitutuſque inter cæteros ciues ageret, nunquid ſe pro
71 tali exercere valebit? * qua in controuerſia adhuc pro affirma-
tiua concludere poteris, quamuis ex textu in cap. ſi eo tempore
de reſcriptis in 6. in contrarium deprehendatur inſurgere ar-
gumẽtum, de quibus omnibus, ſub dubio tamen,habes per Flo-
rianum in dicto §. ſi extraneus nu.10. vbi vide
Circa quintum notabile vltra caſus enumeratos in eo, poteris vl-
72 terius conſiderare* eccleſiaſticas perſonas circa armorũ etiam
exportationem,nõ eſſe ſecularis iuriſdictionis immunes, vt pa-
tet expreſſe in Pragmatica quinta ſupra de clericis, ſeu diaco-
nis ſiluaticis, vbi illud prouinciarum præſidibus iniunctum le-
gitur, vt ipſi Epiſcopis, Archiepiſcopis, ac cæteris per Regnum
eccleſiaſticarum perſonarum poteſtatibus Regio nomine inſi-
nuent, vt ipſi pro eorum iuriſdictione trina monitione illis ar-
morum vſum interdicant, qua emiſſa in non parentes,ſeculari-
bus Magiſtratibus inconcuſſa legitur tributa poteſtas,& ſic ſe-
cularis poteſtatis expertes eſſe nequaquam ipſi intelliguntur.
73 Verum quoad præfatæ ordinationis dilucidationem creditur

pertinere, de tribus querere offertur, & primo cur hoc ipſum diſpoſitum fuerit; Secundo qua pœna clerici arma deferre compreheſi à ſecularibus iudicibus puniendi venient; Tertio, & poſtremo num trina illa, & generalis monitio ſufficiat; an vero vlterius ſpetialis in vnoquoque clerico de hoc armorum exporta-
74 tionis crimine diffamato requirenda ſit. * Quoad primum prohibitio armorum publicam reſpicit vtilitatem, quo caſu etiam clericos ligat, eaq; ad ipſum Imperatorem iure creditur ſpectare, vt in auth. de armis, & ſimilibus, vnde aduerſus eos in caſu prædicto tutè ſeculares Magiſtratus inſurgent, & ſic nequaquā excommunicationis formidabiliſſimam pœnam ſubibunt, iuxta plenè conſiderata per Couarruuiam in libro practicarum quæſtio. cap. 33. nu. 6. prope finem, & facit gloſa in l. nullum C. de teſtibus, & ibi Baldus, & alij.
75 Quoad ſecundum dum dicitur in ea, quod ſeculares Magiſtratus eos punire valeant, prout iuſtum fuerit, illud innuitur; quod pœna aliqua pecuniaria eos multare poſſint, quod graue quodāmodo intelligitur, cum non bene videatur, quod hoc coram ſeculari Magiſtratu attentari poſſit, ſed bene coram eccleſiaſtico, vt in auth. ſtatuimus C. de epiſcop. & clericis, & faciunt quæ plenè proſequitur Afflict. in deciſ. 230. & Gramma-
76 ticus in deciſ. 61. per totum; * qui rurſus non compellitur illos punire pœna aliqua à ſeculari poteſtate conſtituta, nec aliquo modo ſecundum Ciuiles leges iudicare, ſed bene conſtituta ab eccleſiaſtico, vel, vbi aliqua ordinata non ſit, eius arbitrio, vt habes per Ioannem de Platea in §. item lege iulia inſtitut. de de publicis iudit. cum alijs relatis per Couarruuiā in dicto nu.
77 7. in loco allegato, quemadmodum è conuerſo, * ſi ad cauſarum eccleſiaſticarum vniuerſitatem ſecularis vocetur, ſecundum Ciuiles leges iudicaret, iuxta vnam opinionē de qua per Mar-
78 tinum in dicta Rub. de officio eius, loco ſupra citato, * hoc ipſum tamen apud Gallos ſatis legitur expeditum, cum inibi Magiſtratus ſeculares, ex Romanorum Pōtificum priuilegio à clericis ex cauſa prædicta pecuniarias pœnas exigere ſoleant, vt ibidem Couarruuias atteſtatur; ſed diceres; quid abſq; cōtro-
79 uerſia in hac ipſa Re in hoc Regno obtinebit? * Dicas quod tutiſſime armis ſpoliari poterunt; vt per eundem, per ſupradicta.
80 * Quantum ad tertium vero, ex dicto contextu ſufficere generalem ſuadetur in verſ. *procedatis liberè*; & ſit abſq; aliqua monitione: iuxta plenè notata per Antonium Columbettum in ſuo

ſuo ſingula. vltimo incip. Si clericus, de quo, & per Rauennatem in ſuo ſingul. 903. intelligendo vltra illam trinam genera-
81 lem, exigenda, * quod ipſum etiam canonum iure inſpecto aduerſus eos obtinet, vt ſcilicet fori, non gaudeant priuilegio, vbi ter moniti habitum, & tonſuram nõ retinuerint, abſq; eo, quod in particulari talis trina monitio in perſonam cuiuſq; non repetatur, vt per Couarruuiam latè in dicto libro practicar. quæſtio. cap. 32. col. 2. & hoc virtute Alexandrine conſtitutionis; Nam alias ſecus eſt, vt in cap. vltimo de vita, & honeſt. cleric. cum ſimilibus per Couar. loco citato allegatis.

Circa ſextum, & vltimum Notabile conſiderandum eſt, quod, & ſi Baronibus in eorum terris merum, & mixtum imperium fuerit, communicatũ cum poteſtate iudices, & capitaneos iuſtitiæ con
82 ſtituendi, vt latius in eo deductum eſt, * tamen ab eis conſtituti Officiales eiſdem legibus cõſtituti intelliguntur, quibus, & Regio nomine decorati alligati efferuntur; Nam, & ipſi parere ſyndicatui debent, non minus, quam Regij, vt in Pragmatica 5. ſecundo reſponſo ſupra de Baronibus, præterea Annales eſſe intelliguntur, vt & Regij, vt proximè citata cantat Prag-
83 matica ſanctio in primo reſponſo, * imo aliud, quod in hac ipſa re plus iuris Regij Magiſtratus obtinent, quam Baronales, Nam quamuis per annum dumtaxat hi ordinentur; Regio tamen in eorum commiſſionibus non intermiſſo deinde benepla-
84 cito gaudent, * quod vſq; ad ſucceſſoris Aduentum protẽditur, quem, cum officij iam per annum habiti cõtinuatione, Pragmaca ad hoc ſanctione emiſſa, expectare tenentur, vt in Pragmatica ſecunda infra de officio iudic. & alio. official. cum qua cõcordant, quæ diu præceſſerunt, communia iura in l. meminiſſe ff. de officio proconſulis, in l. 1. §. adminiſtrationem C. vt omnes iudices, & in l. præfertur ff de officio præfecti auguſta, & habes rurſus in Pragmatica 10. ſupra citato titulo, & in auth. vt Magiſtratus à depoſita adminiſtratio. circa finem, & in cap. Regni Regis Roberti incip. Scire vos volumus fol. mihi 347. Barona-
85 les vero tantummodo integrum annum habent * qui annus, licet olim à primo die menſis Ianuarij præfatis Baronalibus officialibus cucurrerit, vt ſcribunt Andreas, & Afflictus in Regni conſtitutio. incip. occupatis, Hodie tamen à Kalendis Settembris computatur, vt habes in allegato Regni capitulo, ſcire vos
86 volumus, * in hoc tamen ipſo cum eis, redimendis ciuitatibus, ac terris per Regnum à Principe ſummoniti commiſſarij coniungendi

iungẽdi occurrunt, qui licet Regij ſint officiales, tamen Annales ſunt, vt Baronales, in tantum, quod anno explicito ab ad-
87 miniſtratione deſiſtere eis neceſſe eſt,* At quamuis cũ eis in his ordinarij, in ciuitatibus, Regij diſſideant, in multis tamen alijs eos inter ſe conuenire, vulgare eſt, quæ uberiori calamo proſequi, non creditur noſtri eſſe inſtituti, atq; prędictorũ omnium
88 ea eſt ratio, * quia iuriſdictio Baronibus à ſupra Regibus conceſſa cumulatiuè, & non priuatiuè data intelligitur, eorum etenim fidelitati populi illi recommendati exiſtimantur non intermiſſa tamen recommendantis Principis in eos generali defenſione, & iuriſdictione, vt per Afflictum in cap. 1. §. poteſtas in titulo quæ ſint Regalia nu. 15. & in cap. 1. §. item ſi quis in tit. quib. mod. feud. ammitta. in 3. Notabili, & eſt textus in
89 cap. dudum de præbendis in 6. * imo ſi princeps ipſe Barones hos, ſuos vaſſallos malè tractare deprehenderit, ad pænæ irrogationem procedære poteſt, hoc per eum fieri grauãtibus ipſis, vel omnium Matre, vniuerſitate curantibus per textum in l. deuotum C. de metat. lib. 12. quem ad hoc ſingulariter expendit Amanellus de claris aquis in ſuo ſingula. 75. quod, & ante eum voluit Angelus in l. ſancimus C. de pænis, ex quo ipſo, quod plus eſt, ab eorum iuriſdictione eximi poſſunt. vt per Boerium
90 in deciſ. 304. nu. 5. * non ſecus, ac ſerui vltra affectũ humanum à Dominis caſtigati, iuxta terminos l. 1. & 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & §. ſed, & maior aſperitas inſtit. eodem titulo, quod voluit Faber in l. vnica, per illum textum C. de officio Comitis ſacri palatij, per textum in l. ſi poſtulauerit §. iubet ff. de adulterijs, & quidem iuſtiſſima ratione, * nam Domi-
91 nus, ſeu Baro ſubdito ſuo iura non conſeruans, nomen Domini
92 nequaquam meretur, vt per Bald. in conſ. 439. vol. 7. * cum eorum vlterius proprium, & peculiare ſit, vaſſallos ab aliorum iniurijs tueri, atq; defendere, & non eos deglutire, vt per Bal. in cap. 1. in §. Marchio verſ. extra quæro in titulo, qui feudum
93 dare poſſunt, * quod ſi omnes indiſtincte in ſua terra Baronem grauare ſignificetur curiæ, poterit ei, quam in eos obtinet, adimi, interdictione, adminiſtratio, vt per Bartolum in l. 1. de iure perſona. quæſt. vltima, Guidonem Papam in ſua quæſt. 62. Albericum de Roſate in l. bene à Zenone C. de quadrienna: præſcript. & Caſſadorum in deciſi. 6. ſub titulo de priuilegijs nu. 4. Quod vero de adminiſtrationis interdictione in caſu ſupraſcripto dictum eſt, quod ea videlicet, vel ciuibus oppreſſis, vel ipſa vniuer-

94 vniuerſitate querulantibus, attentari poſſit, * addas idem præ-
ſtari per curiam poſſe, ſi generalia grauamina, ex officio inqui-
rendo, deprehenderit, vt in l. illicitas. §. ne potentiores, vbi
Baldus, ff. de officio Præſidis, & habes per Fabrum in l. ob Ti-
tium. ff. de officio proconſulis, & pulchrè per Grammaticum
95 in ſua deciſio. 104. * & caſu, quo Barones ipſi eos reclamare,
& grauamina Principi, ſeu eius Regiæ Curiæ inſinuare volen-
tes prohibere præſumpſerit, grauaminibus illatis, alia eiuſmo-
di ſuperaddendo, in crimen læſæ Maieſtatis dicuntur incide-
re, vt legitur apud Afflictum in ſua deciſio. 265. nu. 97. & Lu-
cam de Penna in l. ſi quis C. vt nemo ad ſuum patrocinium lib.
11. & facit textus in l. cuiuſque 3. reſponſo. ff. ad l. iuliam Ma-
ieſtatis, atque hæc quo ad præſentem contextum dicta ſuffi-
ciant; Nam ſi quæ inſuper alia temporum Benignitas fe-
ret, in ſtudioſorum gratiam, & ſummi largitoris lau-
dem adnotare non pigebit, quàm pro eo, quod
bonum hic quiſque legens adeſſe exiſtima-
uerit, eidem referat, noſtrumque be-
neuolum commendet animum,
vt ab eo in cunctis ſemper
incipiat, eodemque
dirigente ad
ipſum re-
deat.

FINIS.

Quæ ſubiecta eſt correctio, quod vlteriori alia opus,& ſi exiguum, indigeat,tibi monſtret Candide Lector, nam feraciores errores,prę celeritate deſcripſimus tantum, alios tui induſtria corriges, & præſertim orthografiæ innumeros ingenij dexteritate ſupplebis.

In Epiſtola pag.2. lin.5. efferrentur, lege efferrerentur. pag.3. lin.25. meritus, metitus. pag.3. cap.2. lege cap.15. pag 4. Baſii, Baſis. pag. 11. promum, primum. pag.16. nu. 126. quinq; , tribus. pag 20. ptecauere, præcauere. pag.24. 2. quæſt 3.11. quæſt.3. pag. 52. adoramenta, odoramenta. pag 53. beneſteq; , boneſteq; . pag 62 quia ictu, quin ictu, ibidem teuerſurus, reuerſurus. pag. 95. factorom, factorum. ibidem inuaiq; , inuiaq; pag 98 admiſiſſe, admiſſæ, pag. 101. ordinata ac ſemper æqua, ordinata ſemper æqua ac. pag. 105. iureque adducta, iurè que adaucta, ibidem. atque rurſus, at que rurſus, ibidem exaudicula, exaudienda. pag. 106. fallunt, falluntur, ibidem procurent, procurant. pag. 131. Baiulum, Baiulationis iudicem. pag. 144. omiſſa, emiſſa.

Digitized by Google

RERVM, ET SENTENTIARVM INDEX LOCVPLETISSIMVS.

A

ABBAS in eccleſia vnde eligendus, P.2. nu.5.
Abbatem in cauſa monaſterij arbitratorem eſſe poſſe non dubitatur, P. ead. nu.51.
Acta facta coſam iudicāte abſq; Principis commiſſione nulla ſunt D. 3. nu.17.
Acta facta coram incompetenti expreſſa, vel tacita partium prorogatione confirmari poſſunt, eod. nu.42.
Adminiſtrationis rationem vnuſquiſq; redere tenetur P.1. nu.12.
Adminiſtrationes omnes, præter illas iuſtitiæ vēdi poſſuut D.1. nu 65.
Adminiſtrationes fæliciſſime ex recta magiſtratuum ordinatione D. 2. nu.20.
Admonitio Authoris ad præfectos Regni expurgationi, D.1. nu.164.
Admonitio Authoris in Doctores, & Scholares, D.2 nu.229.
Aduerſus Barones granantes vaſſallos ex officio inquiri poteſt, P. 2. nu 94.
Aduocato quando licitum ſit iuſtum patrocinium vendere, D.1. nu 89.
Aduocati an ad iudicandi munus perducendi ſint, affertur, D. eodem nu. 91.
Aduocati, & Procuratores in multis puniuntur, P.2. nu.41.
Aduocati boni quale Reipublicæ emolumentum præſtent, D.2. nu.49.
Aduocatorum fortuna nobiliſſima, D. eod. nu.50.
Aduocatorum malorum dedecus exponitur, D.eod. nu.51.
Aduocatorum temerariorum pæna remiſſiuè, D.eod. nu.52.
Æaci Radamanti, atque minoris apud inferna diſtinctæ iuriſdictiones, D.3. nu.162.
Ædictorum ante ædicti perpetui compilationem, robur quale, D. eod. nu.23.
Æquites Hieroſolimitani ad officia non admittendi, P.1. nu.42.
Æquites Hieroſolimitani ad feudorum ſucceſſionem non admittuntur, ead. nu. 43.
Æquites aliorum ordinum cur in noſtro contextu memorati non ſint, P.2. nu.23.

Æquites D. Lazari, & Stephani in Regno non habent Regiū exequatur, ead. nu. 25.
Ætas maior ſtatuto breuiari poteſt, D. 2. nu. 108.
Alexandri Mammeæ in deligendis magiſtratibus conſilium quale, D. 1. nu. 44.
Alexandri præfati de officijs iuſtitiæ non vendendis ſententia, D. eod. nu. 75.
Alphonſus Rex quos ſibi magis charos conſiliarios exiſtimarit, D. 2. nu. 148.
Altiora appetentes periculoſius cadunt, D. eod. nu. 115.
Ambitio quorundam ineruditorum magiſtratuum improbatur, D. 1. nu. 72.
Analogia quid importet, P. 2. nu. 16.
Annus Baronalium olim, & hodie quibus temporibus computetur, ead. nu 85.
Antiochi pro legum obſeruatione quale extiterit conſiliū, D. 2. nu. 179.
Anulus, oſculum, & Benedictio ad Doctoratus ſubſtantiam non pertinent, eod. nu. 84.
Arbitrator quoque ex legibus ſuum arbitrium elicere debet, D. eodem nu. 175.
Arbitrium iudicis ad quid deſeruiat, D. eod. nu. 173.
Argumenta quæ exprobabilem iram arguant, D. 1. nu. 173.
Argumentis quibus in eligendis iuriſperitiam Principes aſſequi valeāt. D. 2. nu. 74.
Ariſtocratia, & oligarchia quid, & earum leges quæ, D. 3. nu. 22.
Ars boni, & æqui in quo conſiſtat, D. 2. nu. 3.
Artes quandoq; apud Romanos iacuerūt, et quæ excultæ, D. eod. nu. 29.
Artium liberalium perpaucæ frequentantur, D. eod. nu. 28.
Artifices pro male fabricatis tenentur ad emendationē, D. eod. nu. 13.
Aſſuefactio in cunctis quanti valeat, D. 30. nu. 121.
Aſſueri Regis in ſuos ſapientes propenſa voluntas, D. 2. nu. 21.
Athenienſis Ariſtidis adminiſtrationis exemplar, D. 1. nu. 61.
Athenodorus philoſophus xeniū quale Auguſto dederit, D. eod nu. 167.
Attilæ Hunnorum Regis peſſima adminiſtratio remiſſiue. D. 3 nu. 154.
Auaritia magiſtratus animum, corpuſq; effeminat, D. 1. nu. 54.
Auaritia ferro nocentior demonſtratur, D. eod. nu. 55.
Auaritiam magiſtratuum quibus conſilijs principes propulſarint, D. eod. nu. 63.
Audientiæ Regiæ quot, ad quid inſtitutæ, & à quibus regantur, D. 3. nu. 48.

Audien-

Digitized by Google

Audientiarum Regiarum quanta ſit poteſtas, D. eod. nu. 49.
Auditores Rotæ an delegati eſſe intelligendi ſint, D. eod. nu. 55.
Authoris prima animi applicatio quæ fuerit, D. eod. nu. 122.
Authoris ad iuris diſciplina captum vehemẽs exhortatio, D. 2. nu. 17.

B

BAiulatio vniuerſitas quædam eſt plura cõprehendens, D. 1. nu. 68.
Baiulationis iuriſdictio an, & quando vendi poſſit, D. eod. nu. 67.
Baiulationis Capuæ iudicis quam magna poteſtas ſit, D. 3. nu. 91.
Baiulationis Capuæ reformationis ratio exponitur, D. eod. nu. 92.
Baiulationis reformatio Anibali Moles tota referenda, & eius laudes, D. eod. nu. 94.
Baiulationes quibus committendæ, D. eod. nu. 93.
Baro ſubdito ſuo iura non conſeruans nomen Domini non meretur, P. 2. nu. 91.
Baro omnes ſubditos grauans iuriſdictione ſpoliari poteſt, & quomodo, P. ead. nu. 92.
Baronis ciuilem habentis, & criminalem vſurpantis quæ ſit pœna, D. 3. nu. 97.
Barones in Regno in eorum terris iuſtitiæ officiales ſibi deligunt, P. 1. nu. 46.
Barones vti iuriſdictionis exercitium ſibi permiſſum habeant. P. ead. nu. 47.
Barones iuſtitiæ adminiſtrationem vendere non poſſunt, D. 1. nu. 66.
Barones vaſſallos male tractantes à Principe puniuntur, P. 2. nu. 89.
Barones vaſſallos grauatos retardantes, ne ad Principem grauati decurrant, qua pœna teneantur, P. ead. nu. 95.
Barones non omnes merum protendunt imperium, D. 3. nu. 98.
Baronum iuriſdictiones priuilegijs comprobandæ, D. eod. nu. 99.
Baronum quod proprium in vaſſallos officium ſit, P. 2. nu. 92.
Beneficium accipere nil aliud eſt, quam libertatem vendere, D. 1. numero 132.
Beneficiati in minoribus vti patrocinari valeant, P. 2. nu. 46.
Beplacitum in Regiorum officialium commiſſionibus quid importet. P. 2. nu. 84.
Beneuolentia Principum in bene iudicatnes diffuſa exponitur, D. 3. nu. 146.
Boni iudices nedum in terris, ſed etiam in cælis dominantur, D. eodem. nu 136.
Boni iudices Deorum nomine inſigniti in ſcripturis aduertuntur, D. eodem

eodem, nume.138.
Bracmanarum mos in continendis iuuenibus, D.2.nu.110.

C

CAeſar cur ſua obire munia ſenatui permiſerit, D.3.nu.12.
Cameræ Summariæ tribunalis ſtructura, atq; eminens poteſtas, D. eod. nu.62.
Cameræ Præſidentium diſtinctio affertur, D. eod. nu. eod.
Capacitas iuris in iudice deſideratur, D.2.nu.1.
Capi quæ à non prohibitis hodie poſſint, D.1.nu.134.
Caroli V. Principis de muneribus ab officialibus non capiendis prouiſio quæ, D. eod. nu.120. & 133.
Caroli V. Principis de officiorum partitione prag. ſanctio. P.2. nu.10.
Caroli Tapiæ Illuſtris Iuuenis laus expoſita, D 2. nu 128.
Cauſa tot litium, & iurgiorum quæ ſit, D. eod. nu. 67.
Cecus ad adminiſtrationes perducendus nõ eſt, & cur, D.eod. nu.118.
Centuriatorum comitiorũ ratio quæ, & quæ eis agerentur, D.3. nu.8.
Charondas ſe à ſaturno leges habuiſſe profeſſus eſt, D. 2. nu 160.
Chinenſes in obeundis magiſtratibus potentiorum preces non admittunt, D.1.nu.82.
Citandi reos extra territorium multiplex ratio, D.3.nu.74.
Citationis effectus quis, D. eod. nu 73.
Ciuitates olim magiſtratuum conſtitutionem ſibi vindicabant, D. eod. nu. 28.
Ciuitates multæ in Regno Baiulos ſibi eligunt, inter quas fideliſſima Ciuitas Capuæ, D.eod. nu.90.
Clericus quo caſu tabellionatus officium valeat exercere. P. 2. nu 22.
Clericus de cauſis delegatis dupliciter cognoſcere poteſt. P. ead. nu. 29. & 33.
Clericus tempore incedulationis, aſtrictionis vero laicus num exercere officium valeat, P. ead. nu.64.
Clerici arma portantes apud Gallos à ſecularibus pecuniaria pæna multantur, P. ead. nu. 78.
Clerici arma portantes eis ſpoliari poſſunt, P. ead. nu.79.
Clerici prohibiti patrocinari non intelliguntur prohibiti quoad vnum negotium tantum, P. ead. nu.47.
Clerici nihil eccleſiaſticum poſſidentes patrocinari vti valeant, P. ead. nu.43.
Clerici an, & quando procuratores, & Aduocati eſſe poſſint, latè explicatur, P. ead. nu.36.

Digitized by Google

Clerici authores laudati ad ſuos iudices remittendi, D. 2. nu. 47.
Clerici ratione feudi coram ſeculari conueniri poſſunt. P. 1. nu 40.
Clerici prima tonſura Hiſpalenſi lege ſeculares iudices ſemel declinare detecti quibus pænis afficiantur, P. ead. nu. 38.
Clerici in milites noua militia eligi non poſſunt, P. ead. nu. 36.
Cæleſti militia militantes non debet alijs vinculis alligari, & cur, P. eadem, nu. 35.
Cogitatio non eſt, ſupra principum cogitationes, D. 1. nu. 125.
Comitis Mirandæ in Authorem liberalitas, D. 3. nu. 120.
Comparatio veterum, & Nouiſſimorum magiſtratuum, D 1. nu 144.
Communes Doctorum ſententiæ quanti faciendæ ſint, D. 2. nu 225.
Concluſionum ex iuris principijs deſcendentium quæ ratio, D. eod. 213.
Confirmans an, & quando dare cenſeatur, D. 3. nu 88.
Conſideratio de pandectarū compilatione in Iuſtinianū, D. 2. nu. 185.
Conſilia ſapientum quanti ſint, D. eod. nu. 22.
Conſtituti in ſacris an Procuratores, & Aduocati eſſe valeant, P. 2. nume. 42.
Craſſi pæna voracibus magiſtratibus commemoranda, D. 1. nu. 59.
Craſſi tunc adminiſtrantis quæ extiterit gloria, D. 3. nu. 124.
Criminalium cauſarum ad ſacrum Conſilium referendarum ratio quæ ſit, D. eod. nu. 59.
Crudelitatis excludentia ſigna quæ eſſe intelligantur, D. 1. nu. 181.

D

DEciſionum Sac. Regij Conſ. in Regno quāta ſit vis, D. 2. nu. 221.
Declaratur Iuſtinianus in §. 1. inſtit. de iuſt. & iure, D. 1. nu. 39.
Declaratur textus in cap. Ridiculum 12. diſtinct. D. 2. nu. 200.
Declaratus Vulpiani locus in l. 1. ff. de iuſt. & iure, D. eod. nu. 5.
Defectus in capeſcenda iuris diſciplina exponitur, D. eod. nu. 36.
Defenſorum poteſtas olimq; quæ ue item nunc iudicum, D. 3. nu. 46.
Delegatus iuxta conſuetudinem ſibi decretis ſportulis gaudere debet, D. 1. nu. 106.
Delegatus ad quæ conſtitui poſſit, pluribus explicatur, D. 3. nu. 31.
Delegatus non habet adminiſtrationem, D. eod. nu. 36.
Delegatus à vicario vti differat, D. eod. nu. 37.
Delegata iuriſdictio ex quibus conijciatur, D. eod. nu. 38.
Delegati ad vniuerſitatem cauſarum an ordinarij dici poſſint, D. eod. nume. 32.
Delegatio facta à Principe in quo differat ab ea, quæ fit à lege, D. eod. nume. 35.

Deme-

Digitized by Google

Democratia quid, & quæ in ea leges obtinuerint, D. eod. nu. 21.

Deus Opt. Max. vti Principum pectoribus ſalutares leges infundat, D. 2. nu. 155.

Dies iuſti cur dicti, D. 1. nu. 171.

Difficilis iudicantium conditio exiſtimata, D. eod. nu. 42.

Digeſtorum iure munerū acceptio ſub qua ratione magiſtratibus prohibita. D. eod. nu. 108.

Digeſtorum iure Magiſtratibus quid accipere licuerit, D. eod. nu. 111.

Diui Gregorij Hiſtoria in ambitioſè iuſtitiam exercentem memoratur, D. eod. nu. 136.

Docendi peritia vere doctrinæ argumentum, D. eod. nu. 54.

Docere non bene valentes ex Deo eſſe non intelliguntur, D. eod. nu. 55.

Doctus quis credendus ſit, D. eod. nu. 77.

Doctos magiſtratus eſſe debere vti exaudiendum ſit, D. eod. nu. 62.

Doctores vbi cum doctis concurrant, qui præferendi, D. eod. nu. 121.

Doctrina in iudicante quo caſu inutilis ſit, D. 1. nu. 10.

Doctrina quanti in deligēdis magiſtratibus exiſtimetur, D. 2. nu. 13.

Doctrina circa difficilia verſatur, D. eod. nu 19.

Doctrina principiorum vti à doctrina concluſionum diſtet, D. eodem. nume. 216.

Doctrinæ quid proprium accidat, D. 1. nu. 13.

Doctrinæ permagni effectus enarrantur, D. 2. nu. 16.

Doctoratus dignitatem tribuit etiam medico, D. eod. nu. 78.

Doctoratus in Hiſpanis ad officia admittendis, non exigitur, D. eodem. num. 89.

Doctoratus dignitas ex eius ſtructura arguitur, D. eod. nu. 82.

Doctoratus non leues ſollennitates referuntur, D. eod. nu. 83.

Doctor ridiculus enuntiatur, D. eod. nu. 101.

Doctores militibus præferendi, D. eod. nu. 79.

Doctores ex Sigiſmundi Principis ſententia militibus prælati, D. eod. nume. 81.

Doctores ad adminiſtrationes accedentes nullo examine moleſtandi, D. eod. nu. 85.

Doctores decem, & octo ad Ciuitatis Capuæ Baiulationem regendam ceduliscomprehenſi, D. 3. nu. 95.

Doctores antea togati pro eorum dignitate incedebant, D. eod no. 108.

Doctorum laus expoſita, & eorum digniſſima nomina, D. 2. nu. 80.

Domini qui aliorum eſſe intelligantur, D. 3. nu. 137.

Domini ſeruos male tractantes in quo puniantur, P. 2. nu. 90.

Domitij Vlpiani laus expoſita, D. 2. nu. 26.

Don

Digitized by Google

Don Hieronymi della Cauaglieria laus expoſita, P. 1. nu. 44.
Don Petri Paſquier Campani iudicis multiplex laus, D. 3. nu. 152.
Don Ferdinandi della Quadra Capuæ tunc iudicis commendatio D. eodem, nu. 151.

E

ECcleſiaſticus non cogitur punire clericos pæna à ſeculari conſtituta, P. 2. nu. 76.
Eccleſiaſtici Magiſtratus pecunia, muneribuſque iudicantes cenſuris quibus teneantur remiſſiue, D. P. nu. 147
Eccleſiaſtica perſonæ cur ad ſeculares adminiſtrationes non admittẽda, P. 2. nu. 63.
Eccleſiaſtica perſonæ vti ſecularia officia valeant exercere, P. eadem, nume. 21.
Eccleſiaſticæ perſonæ de Principis concilio eſſe non prohibentur, P. eadem, nu 30.
Eccleſiaſticæ perſonæ ex ſecularibus adminiſtrationibus à ſecularibus puniri non poſſunt, P. 1. nu. 37. & quo caſu poſſint, P. 2. nu. 75.
Eccleſiaſticæ perſonæ quo caſu non teneantur in parentes pietatis officia exercere, P. 2. nu. 20.
Eccleſiaſticæ perſonæ quoad armorum vſum ſecularis iuriſdictionis nõ ſunt expertes, P. ead. nu. 72.
Eccleſiaſticæ perſonæ aliquid facere prohibita, appellatione, nõ venit in collegio aliquo exiſtens, P. ead. nu. 34.
Electio poſt ſe oppoſitionem admittit, quam principis excludit confirmatio, D. 3. nu. 39.
Emanuelis Sabaudiæ Ducis pro legum obſeruatione conſilium, D. 2. nume. 178.
Epiſcopus an ſtatuere poſſit non publicari prouiſiones Apoſtolicas ſibi non notificatas, D. 3. nu. 76.
Epiſcopus an laico delegare cauſas valeat, diſtinguitur, P. 2. nu. 59.
Epiſcopus in defectu eccleſiaſtici, laico quam cauſam delegare valeat, P. ead. nu. 60.
Epiſcopus ſpiritualem cauſam nullo modo laico delegare poteſt, P. eadem, nu. 61.
Epiſcopi de principis concilio non incurrunt irregularitatẽ, ſi ex legibus, in quibus interuenerunt, aliquorum mors ſequatẽ, P. ead. n. 32.
Epiſcopi non poſſunt eſſe aduocati, P. ead. nu. 37.
Epiſcoporum ordinandorum ætas quot annorũ eſſe debeat, D. 2. nu. 112.
Eremita an veniant appellatione eccleſiaſticæ perſonæ, P. 2. nu. 8.

Digitized by Google

Eruditionis modice homines à principum liminibus expellendi, D. 2. nume 12.
Excellentia iuris varie expoſita, D. eod. nu. 18.
Exculenta, & poculenta quibus iuribus permiſſa, D. 1. n. 111. & 116.
Exculenta, & poculenta, quæ eſſe intelligantur, D. eod. nu. 117.
Exculenta quamuis minima iudicibus in pecunia dari non poſſunt, D. eod. nu. 118.
Experimentum vel ſolum ad iuſticandū ſufficere creditum, D. 2. nu. 66.
Experimenti quæ vtilitas, D. eod. nu 65.
Expertorum glorioſus intellectus, & conſilium, D. eod. nu. 64.
Exprobatio in aliquos magiſtratus, & officia ambientes, D. 2. nu. 37.
Extranei quo caſu ad adminiſtrationes admittendi, P. 2. nu. 6.

F

FAbij Marcheſij Campani Patritij laus expoſita, licet notoria, D. 1. nu. 92.
Fabritij parſimonia magiſtratibus effingenda, D. 1. nu. 60.
Faſces cur conſulum tunc ſecuribus alligati, D. eod. nu. 166.
Fideliſſimæ Ciuitatis Capuæ ornamenta plura, D. 3. nu. 82.
Fideiuſſores officialium etiam naturales Regni eſſe debent, P. 2. nu. 19.
Fiſcus author laudatus in Sabaudiæ dominio non remittitur ad cameram, D. 3. nu. 65.
Fiſci cauſæ quemadmodum ad ſummariæ tribunal pertineant, P. eod. nume. 64.
Franciſci de Aponte R. Cancellariam Regentis Illuſtr. ſcientia, ac laudes, D. 1. nu. 93.
Franciſci à Ribera Regij à latere conſiliarij commendatio, P. 2. nu. 31.
Fratres minores Diui Franciſci arbitratores eſſe non poſſunt. P. ead. nume. 54.
Fratres ijdem nec ad exequutoris officium admittuntur, P. ead. nu. 55.
Fructuum appellatione quæ veniant, D. 1. nume. 137. & quæ rerum ſimilium, 138.
Furoris effectus quis, D. 2. num. 117.

G

GAllina munus exiguum intelligitur, D. 1. nu. 136.
Gallorum Reges imperio nō parent, nec eius legibus, D. 2. nu. 32.
Gellij locus in ſenum reuerentiam deducitur, D. eod. nu. 125.
Gentium ius an duplex ſit deducitur, D. eod. nu. 215.
Gladij poteſtas magiſtratibus decreta à quibus auertēda, D. 1. nu. 165.

Ha-

H

HAbilitas ad adminiſtrationem quo tẽpore exigatur, P.2. nu. 66.
Hieruſalem ob munerum acceptionem inter cætera, cecidit, D.1. nume. 148.
Hiſpani quemadmodum huius Regni ſenſum calleant, P. 2. nu.7.
Hiſpani qua proportione ad officia admittendi, P. ead. nu 8.
Hiſpanorum militum laudes plures expoſita, D 2 nu.88.
Hiſpalenſi lege officia naturalibus Hiſpanis conferenda, P. 2. nu.13.
Homo pluribus legibus ſubiectus, & qua ratione, D. 2. nu.132.
Hominum iuditium periculoſum, D. eod. nu.147.
Honor, & laus laborantibus deficiunt vnquam, D. eod. nu.184.
Honor, & dignitas quid, D. 3. nu. 143.
Honor, & laus in ſcientia ſplendenti ad quid exigantur, D.2. nu.15.
Honores fugientibus decernendi, & qui hi eſſe intelligantur, D. 3. numero 110.
Honores an peti valeant citra maculam, diſcutitur, D. eod nu.109.
Honores cur petendi non ſint, D. eod. nu.113.
Honores à benemerentibus peti poſſe, multis oſtenditur, D. eod. n.117.
Honores æque inter ciues diuidendi, D. eod. nu.11.
Honores naturaliter appetuntur, D. eod. nu.119.
Honoris templum qua lege antiquitus extructum, D. eod. nu.111.
Honoris ad virtutem proportio quæ ſit, D. eod. nu.112.
Honorem virtutem habenti debere communicari, pluribus oſtenditur, D.2. nu.14.

I

IGnorantia in his, qui præſunt nec excuſatione, nec venia digna, D. 2. nu 44.
Ignorantia mala plura quæ, D. eod. nu.41.
Ignorantiæ multiplex cecitas exponitur, D. eod. nu.45.
Ignorantia multipliciter iuditia confunduntur, D. eod. nu.46.
Ignari ex cordis egeſtate conſilium bonum non habent, D eod. nu.42.
Ignorantes perperam in adminiſtrationibus agentes extra culpam non ſunt, D. eod. nu. 72.
Imperium cur in Principem tranſlatum, P.1. nu.2.
Imperium an priuatiuè in Principem tranſlatum, D 3 nu 11.
Imperium ſcindi non poteſt, & vti ſcindi valeat D eod nu.101.
Impius quomodo ignorare dicatur, D.1. nu 11.
Impij magiſtratus gemere populos faciunt, P. 1. nu 28.
Impuberes in magiſtratuum electione nec memorandi. D. 2. nu.113.

Increpatio in legum tranſgreſſores, D.eod. nu.168.
Inhumanum eſt à familiaribus, & coniunctis aliquid non accipere, D. 1.nu 112.
Iniuſtum faciens non ſemper iniuſtus diiudicatur, D.1.nu.18.
Iniuſtum facere duplici variatur intellectu, D.eod. nu.19.
Iniuſtum ex electione faciens iniuſtus eſt, D. eod. nu.20.
Iniuſtus princeps iuſtis vtens iuſtus intelligi poteſt, P.1.nu.31.
Interpretationes quæ magiſtratibus permiſſæ, D.2 nu.218.
Ioannis Vaſques de Accugnia æneorum tormentorum Capitanei Generalis laus, D.3.nu.150.
Ira iuſtitiæ pars quædam eſſe intelligitur, D.1.nu.178.
Iudæi Chriſtianum mancipium habere non poſſunt, D.eod.nu.186.
Iudæi nobiſcum nullam participationem habere debēt, D.eod. nu.185.
Iudæi infames ſunt, ac dignitatū portas clauſas habent, D.eod. nu.187.
Iudæis iuſtitiæ adminiſtrationes interdictæ, & cur, D.eod.nu.184.
Iudex iuſtus eſſe debet ſecundum ius id, quod iuſtum eſt, faciendo, D. eod. nu.16.
Iudex à iuris rectitudine aberrans iudicis nomen non meretur, D.eodem. nu.17.
Iudex vti ſecundum iuſtitiam moueri intelligatur, D.eod nu 24.
Iudex quamuis bonus, ſi iuris peccet ignorantia, iniuſtus eſt, D.eod. nume.26.
Iudex quod vt ſibi videtur, iudicare valeat, vti intelligendum, D.2. nume.174.
Iudex à communi opinione recedens, ignarus creditur, D.eod. nu.227.
Iudex à communi recedens quo caſu tolleretur, D.eod.nu.228.
Iudicis cuiuſdam miraculoſa conuerſio memoratur, D. 3.nu.161.
Iudici ſui exercitij quiſq; parere compellitur, P.1. nu.41.
Iudici iuſtum venundare iuditium impermiſſum eſt, D.1. nu.90.
Iudices qui conſtituendi, D.eod.nu.2.
Iudices in iuris dubÿ quæſtionibus principem conſulere poſſunt, D.eodem, nu.29.
Iudices ex pecunia acceptione malefactorum augent audatiam, D.eodem, nu.52.
Iudices quibus nominibus inſigniti, D.eod. nu 78.
Iudices quibus in cauſis votare, & interuenire non poſſint, D.eodem, nume.141.
Iudices quorum miniſtri eſſe intelligantur, D.eod.nu.162.
Iudices mites eſſe debere vti intelligendum ſit, D.eod.nu.174.
Iudices non ex ſe ipſis, ſed ex ſcriptis legibus iudicia petere debent,

D.2.

D. 2 numero 9.
Iudices ordinandi quæ callere in iure debeant, D.eod. nu.48.
Iudices qui veri cenſendi, D. eod. nu. 149.
Iudices animata ſe iura moſtrare debent, D.eod. nu. 151.
Iudices in omnibus Regni Ciuitatibus conſtituti, D. 3. nu.44.
Iudices quid potiſſimum curare debeant, D.eod. nu.69.
Iudices optimi concionatoribus præferuntur, D.eod. nu.131.
Iudices cur conſtituti. P.1. nu.1.
Iudices iuditiorum ſunt Duces, & Imperatores, P. ead. nu.6.
Iudicum Deum timentium ſtipendia plura referuntur, D.1. nu.157.
Iudicum inferiorum cur diminuta poteſtas, D. 2. nu. 222.
Iudicum à veritate recedentium pœna, D.1. nu.36.
Iudicibus an, & quando pecunias, muneraq; accipere liceat, latè diſtinguitur, D. eod. nu 98.
Iudicare honor, & dignitas eſt, D. 3. nu.144.
Iudicantes ſecundum ſcriptas leges iudicare debent, D. 2. nume.130. & 133.
Iudicantium certa nobilitas, & quando, D.3. nu.145.
Iudicantibus pauciſſima reſeruari debere, docuit philoſophus, D.2. numero 69.
Iuditium ſui naturali ſignificatione ad quid referatur, D. 1. nu.4.
Iuditium iuſtitiæ actus propriè dicitur, D. eod. nu.5.
Iuditium, vt iuſtitiæ actus ſit, quæ requirantur, D. eod. nu. 7.
Iuditium ex ſcriptis legibus certum magis, D. 2. nu.139. & cur. 143.
Iuditium quo caſu ſuſpictioſum, & temerarium prodeat, D.1. nu.12.
Iuditium timore prolatum quomodo elidatur, D. eod. nu.158.
Iuditium ferens, legem quodammodo dicitur interpretari, D.3. nr.13.
Iuditij vocabulum quam latè pateat, exponitur, D.1. nu. 3.
Iuditia aliter, quam principis mandato habita, vſurpata ſunt, D. 3. num. 16.
Iuriſdictio quid ſit, D. eod. nu.4.
Iuriſdictio eſt de regalibus, D. eod. nu.3.
Iurisdictio in Principe vti conſideretur, D. eod. nu.2.
Iuriſdictio à Principe multipliciter formatur, & datur, D.eod. nu.24.
Iuriſdictio per immemorabilem quæritur, D.eod. nu.29.
Iuriſdictio extraordinaria, ſeu delegata quæ ſit, D. eud. nu.30.
Iuriſdictio pro bono regimine diuiſa cuiq; illibata cuſtodiẽda, D. eod. num.67.
Iuriſdictio alterius, nec citatione turbanda, D. eod.nu.73.
Iuriſdictio omnis, & publica poteſtas penes Imperatorẽ, D.eod. nu.1.

Iuriſ-

Digitized by Google

Iuriſdictio legitima præſcriptione quæritur, D. eod. nu.100.
Iuriſdictio vti Baronibus conceſſa fuerit, P.2. nu.88.
Iuriſdictio quibus teſtibus comprobari valeat, D. 1. nu.127.
Iuriſdictionis duo ſunt gladij, & qui, D.3. nu. 27.
Iuriſdictiones in Regno pleniſſimè diſtinctæ, D. eod. nu.43.
Ius iuſtitiæ obiectum eſſe intelligitur, D.1. nu.6.
Ius ciuile ſemper in ſummo honore habitum cur Tullius enuntiarit, D. 2. nu.9.
Ius ciuile cur profiteri Pariſijs vetitum fuerit, D. eod. nu.31.
Ius ars artium, & animarum ſalus eſſe intelligitur, D eod. nu.71.
Ius Naturale cur immutabile ſit, multipliciter conſideratur, D. eodē. num. 209.
Ius Naturale in parte mutari poſſe, vti intelligendum ſit, D. eodem, num.210.
Iuris Naturalis principia quæ ſint, D. eod. nu. 212.
Iuſtitia quæ in Republica emolumenta afferat, P. 1. nu.22.
Iuſtitia Regis in quibus conſiſtat, P. ead. nu.26.
Iuſtitia nedum in alios, ſed etiam in ipſam exercentem dona confert, D. 3. nu.129.
Iuſtitiæ commodum quale ex recta iudicum ordinatione, P. 1. nu.1.
Iuſtitiæ ad pacem proportiones plures referuntur, P. ead. nu.23.
Iuſtitiæ defectus in Principe quæ ſibi mala pariat, P. ead. nu.24.
Iuſtitiæ obſeruatio quæ Principi bona tribuat, P.ead. nu.25.
Iuiſtitiæ epbiteta plura referuntur, D.1. nu.57.
Iuſtitiæ adminiſtrationes ementes, & vendentes, an ſimomniaci credendi ſint, D eod. nu 76.
Iuſtitiæ exercitium ſacratiſſimum cenſetur, D. eod. nu 77.
Iuſtitiam exercentes Deo proximi creduntur, D. eod. nu.188.
Iuſtus quis in vniuerſum eſſe intelligatur, D.3. nu.41.
Iuſta, & iuſtè operari quis intelligatur, D. 1. nu 23.
Iuſti habitum in quibus iudicantes aſſequi valeant, D eod nu. 30.
Iuſtum faciens quo caſu iniuſtus intelligatur, D. eod. nu 22.
Iuſti iudicantes à Domino diliguntur magis, D. 3. nu.133.
Iuſti iudicantes cunctos mūdi ſapientes vincere creduntur, D. eodem, nume. 134.
Iuſtorum premia etiam poſteros afficiunt, D. eod. nu 139.
Iuſtorum in cæleſtem patriam ſollennis ingreſſus qualis, D. eodem, num. 140.
Iuſtinianus à Chriſto ſeruatore ſuas leges fluxiſſe docuit, D.2. n.166.
Iuſtiniani in rogandis legibus Deo habita reuerentia, D. eod. nu.167.

Iuſti-

Iuſtiniani iuſtitiæ templum quale, D. eod. nu. 181.
Iuuenes quoad adminiſtrationes non negligẽdi, & cur, D. eod. nu. 76.
Iuuenibus decem, & octo annorum deficit experimẽtum, D. eo. n. 109.

L

LAborum diuerſi generis præmia per nomina propria receſentur, D. 1. nu. 110.
Lacedemonij cur ſeptingentis annis cum legum ſtabilitate imperarint, D. 2. nu. 205.
Lacedemonij quot ſcriptas leges habuerint, & quæ fuerint, D. eodem, nume. 206.
Lacedemoniorum ſcriptæ leges quo nomine appellarentur, D. eodem, nume. 208.
Laicus an poſſit ad vniuerſitatem eccleſiaſticarum cauſarum ordinari, P. 1. nu. 62.
Laici num in clericorum cauſis delegati eſſe valeant, P. ead. nu. 57.
Lapides in mercurij acervum immittere quid ſit, D. 2. nu. 38.
Laudes plures in Alexandri Seueri adminiſtrationem, D. eod. nu. 23.
Lex tumultuariè lata mali præſumptionem habet, D. eod. nu. 142.
Lex cur non omnibus ætatibus, ac ſeculis vigeat, D. eod. nu. 201.
Lex ſine publica authoritate condi non poteſt, D. 3. nu. 14.
Lex ad quid poſita fuerit, exponitur, D. 3. nu. 26.
Leges non de omnibus ab initio late, D. 2. nu. 4.
Leges illas cuſtodientibus, vel negligentibus, commoda, vel incommoda quæ tribuant, D. eod. nu. 10.
Leges quo ordine ſeruandæ ſint, D. eod. nu. 131.
Leges humanis neceſſitatibus ſuadentibus hominibus date, D. eod. numero 135.
Leges inflexibiles ſunt, D. eod. nu. 145.
Leges Deo ſacræ ſunt, ac illius dona eſſe intelliguntur, D. eod. nu 154.
Leges prophetica, & apoſtolicæ deuaſtari à principibus nequeunt, D. eod. nu. 195.
Leges, quæ ex cauſa mutari poſſint, conſideratur, D. eod. nu. 196.
Leges iniuſtas abrogare nil aliud eſt, quam ciuitatem beneficio donare, D. eod. nu. 198.
Leges iniquas non ſeruanti nõ pœna, ſed præmio occurrendum, D. eod. nume. 199.
Leges apud quos Cantilenæ nuncupatæ, D. eod. nu. 207.
Leges quæ penitus variabiles intelligendæ ſint, D. eod. nu. 214.
Leges ſeruandæ ſunt, etiam Principis aliquo pugnante reſcripto, D. eodem,

eodem, numero 177.
Legum volumina ex quibus compacta, D. eod. nu. 6.
Legum reuocandarum cauſa ex duplici fonte peti poteſt, D. eod. n. 197.
Legum ciuilium famulatus canonum iure nunquã improbatus, D. eod. nu. 33 & 34.
Legum beneficia plura enarrantur, D. eod. nu. 137.
Legum neceſſitas triplici ratione moſtratur, D. eod. nu. 138.
Legum apud Romanos rogandarum ratio, D. eod. nu. 149.
Legum ephiteta plura recenſentur, D. eod. nu. 150.
Legum tranſgreſſores Dei, & Principum indignationi ſubiecti, D. eodem, nu. 152.
Legum tranſgreſſores infames ſunt, D. eod. nu. 153.
Legum obſeruatio cur tam anxiè praecepta, D. eod. nu. 180.
Legum obſeruatio tam communi, quàm Regni iure praecepta, D. eod. nume. 170.
Legum robur in quo conſiſtat, D. eod. nu. 187.
Legum correctio vitanda eſt, etiam in principibus intelligendo, D. eod. nume. 190.
Legumlatores diuino motu ad legumlationem perducuntur, D. eodem. nume. 156.
Legumlatores qui boni intelligendi, D. eod. 2. nu. 191.
Legalis ſcientia num demonſtratione compacta ſit, D. eod. nu. 7.
Legislatio ad quos pertinet, ad eoſdem, & magiſtratuum conſtitutio, D. 3. nu. 18.
Legatus habere adminiſtrationem intelligitur, D. eod. nu. 36.
Licurgus ſuas leges à Phebo habuiſſe profeſſus fuit, D. 2. nu. 150.
Locrenſium pro legum robore ſeruando, quale fuerit inſtitutum, D. eod. nu. 204.
Locũtenens ab alio magiſtratu conſtitutus vti puniẽdus ſit, D. 3. n. 96.
Locus qualis iuſtorum, & iniuſtorum poſt mortem ſit, ex Platone, D. eod. nu. 157.

M

Magiſtratus hi ordinari debent, qui ſint de iuriſdictione Principis ordinantis, P. 1. nu. 33.
Magiſtratus populis ſe viros, & non mulieres moſtrare debent, D. 1. nume. 175.
Magiſtratus quales ſe in vniuerſum moſtrare debeant, D. eod. nu. 177.
Magiſtratus Principi proditores eſſe qui intelligãtur, D. eod. nu. 179.
Magiſtratus à locis ſibi commiſſis exterminare haereticos, iurare debent,

bent, D. *eod. nume.* 189.

Magiſtratus nec ſub prætextu æquitatis ſeruandæ leges trãſgredi debent, D. 2. *nu.* 193.

Magiſtratus qua ratione legum obſeruationem protendere debeant, D. *eod. nu.* 217.

Magiſtratus ab alijs, quam à Principe quibus medijs conſtitui valeant, D. 3. *num.* 19.

Magiſtratus mali cum quorum peccatis participare intelligantur, D. *eod. num.* 155.

Magiſtratus mali improuiſæ morti ſubiacent, D. *eod. nu.* 159.

Magiſtratum populum duplicem habere, uti accidat, D. *eod. nu.* 123.

Magiſtratum optimè gerenti quale præmium retribuatur, D. *eodem, nume.* 128.

Magiſtratuum optimorum cõſtitutio inter cætera quàmaximè ad Principem ſpectat, P. 1. *nu.* 21.

Magiſtratuum ordinatio eſt de reſeruatis Principi, P. *ead. nu.* 48.

Magiſtratuum pecuniam ſitientium infæliciſſima fortuna, D. 1. *n.* 53.

Magiſtratuum iræ, & æquitatis modus qualis eſſe debeat, D. *eodem nume.* 180.

Magiſtratuum quorundam vulpinæ mutationes referuntur, D. 2. *numero* 102.

Magiſtratuum malorum pæna multiplex, D. 3. *nu.* 156.

Magiſtri iurati ciuitatum nouiſſimè ſyndicatui ſuppoſiti, P. 1. *nu.* 16.

Magnæ Curiæ Tribunalis in Regno quam latè pateat iuriſdictio. D. 3. *nume.* 50.

Magnæ Curiæ per Regnum competẽtia, exceptione eliditur, D. *eodem, nume.* 51.

Magnæ Curiæ iudicum multiplex ratio, & munus, D. *eod. nu.* 52.

Magnæ Curiæ iudicum caput quis, D. *eod. nu.* 53.

Magnæ Curiæ iudices an delegati ſint, deducitur, D *eod. nu.* 54.

Magnus D. Lazari Magiſtratus diu Capuæ in perilluſtri familia de Azzia excultus, P. 2. *nu.* 26.

Magnus D. Lazari Magiſtratus hodie penes quem ſit, P. *ead. nu.* 28.

Mala plura ex officiorum venditione exoriuntur, D. 1. *nu.* 73 & 88.

Mala multa ex imperitorum in magiſtratus aſſumptione, D. 2. *n.* 39.

Mali magiſtratus cur ordinentur, D. 3. *nu.* 153.

Mali magiſtratus porcorum more infernalia ſtadia ſubeunt, D. *eod. nume.* 160.

Maior quis poſt 18. *Regni iure ſit, ac Delegatus, iudexq; fieri poteſt*, D. 2. *nu.* 107.

Aa *Mar-*

Marchio Brienſis Tarentini Iudicis nominationem habet, D 3. nu. 86.
Menas ſuas leges à mercurio habuit, & Maccomettus à Gabriele, D. 2. nume. 159.
Mercatura magiſtratibus cur probibita, D. 1. nu 123.
Mercator quis ex vnica negotiatione non dicitur, P 2. nu. 48.
Miniſter intelligens cur Regi acceptus intelligatur, D 3. nu. 147.
Minores 25. annis communi iure ad adminiſtrationes non admiſſi, D. 2 num. 105.
Minores 18 annorum communi iure delegati fieri poterant, & vbi in 17. D. eod. nu. 116.
Minores, & maiores Populi Romani magiſtratus qui, & vti deligerentur, D. 3. nu. 6. & 7.
Minos à Ioue ſe ſuas leges habuiſſe edixit, D 2. nu. 160.
Moiſes Iudais leges datas à totius natura patre Deo, habuiſſe proteſtatus eſt, D. eod. nu. 164.
Monachi de ſuperioris licẽtia in monaſterij cauſis patrocinari poſſunt, P. 1. nu 49.
Monachi nunquid arbitratores eſſe valeant, P. ead. nu. 50.
Monachi arbitratores eſſe non prohibentur, P. ead. nu. 52.
Multiplex veſtis per tempora magiſtratibus conceſſa, D. 3. nu. 107.
Mundana optimorum magiſtratuum pramia qua, D. eod. nu 141.
Munera pecunia æquipollere exaudiuntur, D 1. nu. 95.
Munera an à iudicibus capi valeant, varie exponitur, D. eod. nu. 96.
Munera qua ratione magiſtratibus offerantur, D. eod. nu. 124.
Munera ſectantium peſſima fortuna demonſtratur, D. eod. nu. 146.
Munera fugientium fortuna, ac laudes qua, D. eod. nu. 149.
Munerum acceptio vti authenticorum iure probibita, D. eod. nu. 113. & 114.
Munerum probibitio in officialibus ad quid emanarit, D. eod. nu. 121.
Munerum acceptio quot, & quibus teſtibus comprobari valeat, D. 1. nume, 121.
Munus multipliciter conſideratur, D. eod. nu. 161.
Mutuans mutuo accipientis quodammodo dominus fit, D. eod. nu. 131.
Mutuo iudici, dans illum corrumpere præſumitur, D. eod nu 130.
Mutus, ſurdus, & furioſus ad adminiſtrationem vocandi non ſunt, D. 2. nu. 116.

N

NAturalis per prius quis dicatur, P. 2. nu. 16.
Naturalis per poſterius quis, P. ead. nu. 17.
Naturales locorum qui eſſe intelligantur, P. ead. nu. 14.

Naturales in officijs ſubeundis, qui intelligantur, D. eod. nu. 18.
Neapolis Regnum ab imperio exemptum, D. 2. nu 35.
Nobiles puniendi magis ſunt, quam ignobiles, D. 3. nu. 158.
Nouiſſimus Conſiliariorum inter Mag. Curia Vicaria iudices ſedet, D. eod. nu. 60.
Nouitij magiſtratus vti à principibus tractandi, D. eod. nu. 149.
Nulliter quot modis in iuditijs agi intelligatur, D. eod. nu. 41.
Numa Romanorum leges ab Egeria Nimpha ſe aſſequutum aſſeruit, D. 2. nu. 157.
Numen quale in Aegyptiorum ſummi magiſtratus collo pēderet, D. 1. nume. 32.
Numerus iudicum cur quotidie auctus fuerit, D. 2. nu. 127.

O

OBlati per Regnum qui, & an eccleſiaſtica immunitate gaudeāt, P. 1. nu. 9.
Officium iudicis ex Platone circa quæ, D. 1. nu. 43.
Officia vendentium non eſt Regnum, neq; reſpublica, D. eod. nu. 79.
Officia nedum vendi non poſſunt, ſed nec potentiorum precibus cōmunicari, D. eod. nu. 80.
Officia pecunia redimentes omnia mala agere præſumuntur, D. eodem, nume. 86.
Officia ementes fures tanquam, emolumenta, & ſalaria ſua non faciūt, D. eod. nu. 87.
Officia muneribus obtineri probibentur, D. eod. nu. 94.
Officia imperitis non committenda, ex iuſtinianeo contextu, D. 2 nu. 40.
Officia Regnicolis conferenda ſunt, P. 2. nu. 2.
Officia Regnicolis, & oriundis ex Caroli Quinti prouiſione demandata, P. ead. nu. 12.
Officiorum ineundorum quis ordo definitus, D. 3. nu 148.
Officiales ex conſuetudine de dolo, lataque tantum culpa moleſtantur, P. 1. nu. 20.
Officiales mutuo pecunias accipere probibiti, & à quibus, D 1. numero 129.
Officiales in coniunctorum cauſis neq; votare, neq; interuenire poſſunt, D. eod nu. 139.
Officiales interuenire probibi in cauſis coniunctorum Aduocatorum, vel Procuratorum, D. eod. nu. 140.
Officiales inuicē ſibi munera donare non prohibentur, D. eod. nu. 142.
Officiales quo caſu aliquid vltra ſalariū capere valeant, D. eod. n. 143.

Officiales per Barones vſurpantes iuriſdictionem conſtituti qua pœna teneantur, D. 3. nu.163.
Officiales à Baronibus conſtituti quibus legibus teneantur, P. 2. nu. 82.
Officialium iuramentum de Regni iuribus obſeruandis, D. 2. nu. 171.
Officialium iuramentum de ſeruandis legibus ex Platone, D. eod. n. 172.
Omnes qui arbitri eſſe prohibentur, arbitratores eſſe poſſunt, P. 2. numero 53.
Omnia in Regno Principis ſunt, & quoad quæ, D. 3. nu. 102.
Orationis ornatæ quanta ſit vis, D. 2. nu. 56.
Ordinarius an, & quando munera capere poſſit, conſideratur, D. 1. num. 99.
Ordinarius num delegato dignior, & excellentior ſit, concluſiuè, D. 3. num. 39.
Ordinaria iuriſdictio quid ſit, D. eod. nu. 25.
Ordinaria iuriſdictio omnes territorij cauſas complectitur, D. eodem nume. 40.
Ordinaria iuriſdictio et delegata ex quibus diſtinguãtur, D. eod. nu. 34.
Originarij in adminiſtrationibus an ſint præferendi remiſſiuè, P. 2. n. 9.

P

Atronatus ius quo iure vendi poſſit, deducitur, D. 1. nu. 69.
Paulus Apoſtolus euangelicas leges à Chriſto Ieſu ſe aſſequutum palam fecit, D. 2. nu. 165.
Pecunia, muneribuſque iudicans ſcelerati hominis argumentum habet, D. 1. nu. 25.
Pecunia pro iuſtitiæ munere accipienda cur non ſit, D. eod. nu 100.
Pecuniæ in peruertendis iudicijs quantæ ſint vires, D. eod. nu. 48.
Pecuniæ infortunati euentus plures, D. eod. nu. 50.
Pecunias ex officijs conquirere velle quantum ſit flagitium, D. eodem, nume. 51.
Pecunias pro librorum reuolutione an iudicibus recipere liceat, D. eodem, nu. 97.
Pecunioſum iuditium à principio nullum, D. eod. nu. 101. & 102.
Perſuaſio à docente ſeiuncta eſſe non debet, D. 2. nu. 57.
Peruerſum iuditium quod eſſe intelligatur, D. 1. nu. 11.
Philippi Burgundiæ Principis de non obtrectandis principum geſtis, aut factis, ſententia, D. 2. nu. 134.
Piacula plura ad pecuniarum acceptionem exprobandam, D. 1. n 49.
Plato ſuas leges ab Ioue ſe aſſequutum aſſeruit, D. 2. nu. 162.
Pœna vſurpatæ iuriſdictionis quis non teneatur? D. 3. nu. 105.

Poli-

Digitized by Google

 179

Policratis de bene diſponendo principatu,ſententia, D.2. nu.27.
Pontifex in eccleſia vnde eligendus, P. 2. nu.4.
Populus quid ſit, D. 2. nu.136.
Populo & tunc dominanti quatuor reſeruata fuerunt, & qua, P. 1. nume.49.
Potentiorum preces pro habilibus habita inhabilitatis notam ingerűt, D. 1. nu.81.
Potentiorum preces armate dicuntur, D. eod. nu.84.
Poteſtas Dominorum Regentium in Regno quanta ſit, D. eod. nu.85.
Poteſtas iudicum per Regnum modis pluribus debilitata, D. 3. nu.47.
Poteſtates ſunt à Domino, D.1. nu.8.
Pragmatica V. de clericis, ſeu diaconis ſiluat: intellectus, P. 2. nu.73.
Pragmaticarum Regni obſeruatio ſtrictiſſimè tenenda, D.2. nu.223.
Pragmaticarum interpretatio ad quem pertineat, D. eod. nu.224.
Prædeſtinationis verum ſignum iuſtitiam facere, D.3. nu.135.
Preces, & pretium æquiperantur, D.1. nu.83.
Præſidentium integritas ſalus eſt ſubiectorum, D. 2. nu.59.
Princeps iniuſtus magis tolleratur, quam plures iniuſti miniſtri, P. 1. nume. 32.
Princeps vnus debet eſſe, & cur, D. 3. nu.15.
Principis mens tirannica intelligitur, vbi bonos ſibi magiſtratus non adiungit, P. 1. nu.29.
Principes iuſtitiæ debitores ſunt, P. ead. nu.3.
Principes cur iudices conſtituerint, ratio, P. ead. nu.14.
Principes quo caſu fruſtra iuſtitiam cogitent, P. ead. nu.27.
Principes iuſti non intelliguntur, qui iuſtis non gaudent, P. eadem, nume.30.
Principes ordinandos in magiſtratus inſpicere debent, & cur, D. 1. num. 172.
Principes in quibus diſpenſare non poſſint, D. 2. nu.119.
Principes communitatis vti in bonorum diſtributione peccare intelligantur, D.2. nu.129.
Principes plus gloriæ ex iuſtitiæ adminiſtratione, quam ex armis reportant, D.eod. nu.186.
Principes Naturæ ius ſimpliciter ad bonum ordinatum mutare non poſſunt, D. eod. num. 194.
Principes officia perſonis, & non è contra condecorare debent, D. 3. num.115.
Principum de iuſtitiæ adminiſtrationibus non vendendis conſilium, D. 1. nu.164.

Prin-

Principum vtilitas,ac laus ex optimorum magiſtratuum ordinatione, D.3. nu.116.
Primum quod eſt in omni genere,optimam eſſe oportet, D.2. nu.61.
Principia ſemper manere oportet, D. eod. nu.211.
Priuatus quis ſuo facto iuriſdictionem vſurpans qua pæna puniendus ſit, D.3. nu.80.
Probibitio armorum publicam reſpicit vtilitatem, P.2. nu.74.
Proregū in hoc Regno in deligendis magiſtratibus quale ſit conſilium, D 1. nu.46.
Pſallens voce in choro, & corde à pſalmis, & choro alienus fructus ſuos non facit, D. eod. nu.105.
Puberes in iudices ordinari non poſſunt, D. 2. nu.104.

Q

QValitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, P.2. nu.67.
Quæ iudicantes à veritate auocent, ex Cicerone, D.1. nu.40.
Quæ ad Cameræ Summariæ Tribunal referenda ſint, D.3. nu.63.
Quæ principaliter cognoſci probibentur, incidenter poſſunt, D. eodem, nume.70.
Quæ condemnatorum animos in iudices concilient, D.eod. nu.125.
Quæ in conſtituto in dignitate aliqua conſiderentur, D. eod. nu.142.
Quæſtiones iuris dubij facti quæſtionibus comparantur, D. 1. nu.38.
Qui iuſtus non eſt, nequaquam ex Deo eſſe intelligitur, D.eod. nu.59.
Qui bonis malè vti intelligantur, D. eod. nu.104.
Qui modo quouis iuſtitiam vendunt,cum Iudæ peccato participare intelliguntur, D.eod. nu.56.
Quis bonus magiſtratus intelligendus ſit, D. 3. nu.126.
Quicunque iudicat ſuo, vel alieno amore, & paſſionibus ſe ſpoliare debet, D. 1. numero 159.

R

RAtio iudicanti ad quid neceſſaria credatur, D 2. nu 88.
Ratio multiplex regendorum populorum exponitur, D.3. n.20.
Ratio altera prudentiæ ex quibus enixa, D. 2. nu.220.
Ratio prælationis vnde ſumenda ſit, D.eod. nu. 11.
Rationale in veteri teſtamento pontifici tributum quid, D.1. nu 34.
Rationes habitarum adminiſtrationum vti Principes aſſequi valeant, D.2. nu.75.
Receptatio malefactorum quibus teſtibus probari valeat, D.1. nu 127.

Recte

Rectè iudicans ſpe præmij fraudem in Deum perpetrat, D. eodem, nume. 103
Rectè iudicandi tria ſunt inſtrumenta, & quæ ſint, D. 2. nu. 63.
Redimitores ciuitatum de recenti ſyndicatui ſuppoſiti P. 1. nu. 15.
Redimitores ciuitatum ordinarij eſſe intelliguntur, D. 3. nu. 32.
Redimitores ciuitatum inſtar Baronalium annales ſunt, P. 1. nu. 86.
Regij an Baronales officiales ſint, qui vniuerſitatum nominationibus inſtituuntur, D. 3. nu. 87.
Regij officiales plus iuris obtinent, quam Baronales, & in quo, P. 1. num. 83.
Regij, & Baronales officiales in quibus conueniant, remiſſiue, P. ead. num. 87.
Regij iudicantes Doctores eſſe debent, D. 2. nu. 87.
Regnum non eſt, neque Reſpublica, vbi leges non præualent, D. eodem, nume. 189.
Regni iudex per aliud quinquennium Regni iuribus vacare debet, D. eodem, nu. 98.
Regna quæ felicia, & à quibus cuncta tractanda ſint, D. eod. nu. 60.
Regnicolæ in officiorum adminiſtrationibus præferendi, & cur, P. 2. nume. 3.
Reges legibus ſolutos eſſe, vti intelligendum ſit, D. 2. nu. 192.
Regibus exactis omnis penes populum poteſtas viguit, D. 3. nu. 5.
Regula, quod quis per ſe non poteſt, quod valeat per alium, vti intelligenda ſit, D. 1. nu. 122.
Rempublicam quæ magiſtratus munia augeant, D. 3. nu. 127.
Requiſita ſex in deligendis magiſtratibus per Principes obſeruanda, & quæ, D. 2. nu. 53.
Rethorica ciuilis ſcientiæ pars, ac cæterarum artium ornamentum, D. eod. nu. 58.
Rex Ferdinandus ſalaria tantum à magiſtratibus ſumi poſſe ſanciuit, D. 1. nu. 119.
Rex Catholicus cuncta officia Regnicolis obeunda conceſſit, P. 1. n. 11.
Romani à Iugurta pro nimia voracitate reprehenſi, D. 1. nu. 145.

S

SAbaudiæ Ducis in deligendis magiſtratibus conſilium quale, D. 1. num. 45.
Sacerdotes an, & quando Aduocati eſſe poſſint, examinatur, P. 2. n. 38.
Sacri Regij Conſilij prerogatiuæ plures referuntur, D. 2. nu. 220.
Sac. Reg. Conſ. tribunal à quo ordinatū, & de eius poteſtate, D. 3. n. 56.

Sacri

Sacri Regij Conſilij caput quis, ac eius dignitas, & poteſtas, D. eodem, num. 57.
Sacro Regio Conſilio quæ ſit interpretandarum legum poteſtas, D. 2. num. 219.
Sales duo in eligendis magiſtratibus exigendi, & qui, D. 1. nu. 154.
Sancti Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ ſummus magiſter quis ſit, P. 2. nu. 24.
Scholoris in matricula non deſcriptus ſcholarium priuilegijs gaudere non debet, D. 2. nu. 95.
Scholares Salamantici maximum commendationis argumentũ protendunt, D. eod. nu. 90.
Scientia iuris quid complectatur, D. eod. nu. 2.
Scientia iuris cur iudicibus neceſſaria, D. eod. nu. 8.
Scientia de numero honorabilium eſt, ignorantia vero deteſtabilium, D. eod. nu. 43.
Scientia dupliciter acquiritur, D. eod. nu. 91.
Scientiæ, & conſcientiæ in iudicante effectus quis, D. 1. nu. 255.
Scipio cur nunquam amplius ſecundò conſulatũ ſubierit, D. 3. nu. 114.
Scribunt multi propter Deum, D. 2. nu. 183.
Scriptorum memoriæ abolendæ non ſunt, & cur, D. eod. nu. 182.
Secularis ad eccleſiaſticas cauſas vocatus quibus legibus iudicare debeat, P. 2. nu. 76. & 77.
Senes vtrum magis quam iuuenes ad adminiſtrationes prouocandi, D. 2. nu. 103.
Senes veraciter magis loquuntur, D. eod. nu. 123.
Senes, ad mentis perfectionem quæ prouocent, D. eod. nu. 124.
Senes qui ad adminiſtrationes vocandi ſint, D. eod. nu. 126.
Senectutis priuilegia plura remiſſiuè, D. eod. nu. 122.
Sententiæ Principum in diem vſq; trigeſimum differendæ, & cur, D. 1. num. 170.
Sexti cæcilij de legum mutatione ſententia, D. 2. nu. 203.
Sigiſmundi Imperatoris de magiſtratuum manſuetudine nobiliſſima ſententia, D. 1. nu. 168.
Siluij de Azzia viri perilluſtris laus expoſita, P. 2. nu. 27.
Solon leges Athenienſibus datas ſe à Pallade aſſequutum aperuit, D. 2. nume. 158.
Solonis dictum de legum robore memoratur, D. 2. nu. 188.
Spartæ, Thebarumq; fælicitas vnde, D. 1. nu. 62.
Spurij etiam legitimati à iuriſdicendi munere excludendi ſunt, & cur, D. eod. nu. 182.

Spur

Spurij ad Doctoratus inſignia non admittendi, D. eod. nu.183.
Statuta Principum de apoſtolicis prouiſionibus abſq; Regio exequatur, non publicandis, an valida ſint, D.3. nu.77. & 78.
Stratores etiam ſuperiorum iudicum abſq; licentia iudicum locorum quid agere non poſſunt, D. eod. nu.75.
Studia quæ periмant, memorantur, D.2. nu.103.
Studiorum tempora quæ ad doctoratus acquiſitionem exigantur, D. eodem, nu.92.
Studiorum probatio in Regno per matriculam fieri debet, D. eodem, nume.94.
Studiorum tempora quæ ad Aduocationis officium exigantur, D. eod. nume. 96.
Studioſorum iuris ſecundum annorum gradum nomina quæ, D. eod. nume. 97.
Summus Pontifex & ciuiles, & criminales cauſas in laicum demandare poteſt, P.2. nu. 58.
Syndicatus ratio ex diuinis ſcripturis deducitur, P. 1. nu. 13.
Syndicatus lege rationem redere quid importet, P. ead. nu. 17.
Syndicatui qui adminiſtratores parere debeant, P. ead. nu.14.

T

TEmeritas nouiſſimorum magiſtratuum, & defectus exprobatur, D.2. nu.110.
Tempus iudicandi legitimum apud Romanos quale, D.eod. nu.111.
Textus in cap. te quidem 11. quæſt.3. declaratur, P.2. nu.31.
Themiſtoclis Athenienſis de iuditio amore, vel gratia illinito vitando, reſponſum, D. 1. nu.160.
Theſauri cæleſtes plures in iuſtitiam dignè exercentes cumulantur, D.3. nu.130.
Timor à magiſtratibus vitandus eſt, D.1. nu.150.
Timor multiplex eſt, & quæ eius ſpeties, D. eod. nu.151.
Timor qualis à magiſtratibus excolendus, D.eod. nu.152.
Timoris initialis effectus plures, D.eod. nu.153.
Timoroſi iudicis quanta ſit infælicitas, D. eod. nu.156.
Titi Manlij Torquati in filium ſeueritas, D.2. nu.169.
Tractatio Authoris præſens ad quid ordinata, D. 1. nu.1. & 47.
Transferendi in Principem Imperij quæ ratio extiterit, D.3. nu.10.
Tributis comitijs quæ apud Romanos agi ſolita, D. eod. nu. 9.
Trimegiſtus leges a Mercurio ſe habuiſſe docuit, D.2. nu.100.
Trina generalis monitio quo caſu cōtra clericos ſufficiat, P. 2. nu.82.

Trina generalis monitio in clericos arma portantes ſufficit, P. eadem, nume. 80.
Trinundinum quid ſit, D. 2. nu. 141.
Turpiſſimum eſt iudicibus ignorare ius in quo verſantur, D. 2. nu. 70.

V

Alerij ſententia de legibus abrogandis, vel non, D. 2. nu 202.
Veritas virtutum omnium formalis ratio cunctis præferenda, D. 1. nu. 33.
Veritas abſq; ſcandali metu inquirenda, D. eod. nu. 38.
Veritatis in iudice effectus plures, D. eod. nu. 37.
Verum, & iuſtum conuertuntur, D. eod. nu. 36.
Veſpaſiani in mollem à ſe electum magiſtratum conſilium quale, D. eodem, nu 17.
Vincentij de Franchis Sac Reg. Conſilij Præſidentis laus, D 3. nu. 58.
Viri manſuetudinis qui eſſe intelligantur, D. 1. nu. 169.
Viri Alexandro Seuero ſotiati qui fuerint, D. 2. nu 25.
Vita actiua frugifera magis, quam contemplatiua, D. 3. nu. 132.
Vltimarum voluntatum exequutiones fauorabiles, P. 2. nu. 56.
Vniuerſitas ſibi magiſtratum ordinans quo caſu pœnam nõ mereatur, D 3. nu 83.
Vniuerſitates quos ſibi magiſtratus ordinare valeant, D. eod. nu 84.
Vniuerſitates quæ magiſtratuum nominationem habeant, D. eodem, numd 85.
Vnuſquiſq; ab habente poteſtatem ad honores perducendus eſt, D. eodem, nu. 106.
Vnicuiq; licitum eſt ſuis iuſtis laboribus ſibi victum, & veſtitum quærere. P. 2. nu 44.
Volatilium appellatione quæ veniant, D. 1. nu. 135.
Voluntas iudicantis vt iuſta ſit, in quibus debeat occupari, D. eodem, nume. 31.
Vox Naturalis, Analoga eſt, P. 2. nu. 15.
Vocis viuæ dictum, vti ſcripto certius intelligẽdum ſit, D. 2. nu. 144.
Vſurpare alterius iura quis non debet, D. 3. nu. 72.
Vſurpans iuriſdictionem vniuerſitate mandante qua pœna teneatur, D. eod. nu. 81.
Vſurpans officia de quibus C. de diu. offic. qua pœna puniatur, D. eodem, nu. 104.
Vſurpantes iuriſdictionem quam variè puniantur, D. eod. nu. 79.
Vſurpatores iuriſdictionis alterius vti puniendi ſint, D. eod. nu. 68.

Vſurpatum iuditium quomodo fiat, D.1. nu.14.
Vſuraria prauitas quibus teſtibus oſtendi valeat, D. eod. nu. 128.

X

XEnia quæ eſſe intelligantur, D.1. nu.109.

Z

ZAleucus omnia cur legibus definiuerit, D.2. nu.146.
Zaleucus leges ſuas, ſe teſtante, à Minerua conquiſiuit, D. eodem nume.161.
Zamolſis ſuas leges ſe à veſta adeptum protulit, D. eod. nu.161.
Zoroaſter ab Horomaſi ibidem.
Zoroaſter ſuas leges magicis præſtigijs confirmare ſtuduit, D. eodem, num.163.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANU

Imprimatur. Hercules Vaccarius Vic. Gen. Neap.
Rutilius Gallacinus Can. deput.
M. Cherub. Veronen. Auguſt. Theol. Curiæ Archiep. Neap. vidit.
Reg. fol.17.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A. PANDIMIGLI · LEGATORIA · ROMA
1871

Digitized by Google